






LIBRARIÆ UNIVERS
IAGELL CRACOVI







AGENDA

SEV RITVS SACRAMENTORVM ECCLESIASTICORVM,

Ad vniformem Ecclesiarum per vniuersas Prouincias Regni Poloniæ vsum, officio Romanò conformati.

Ex decreto Synodi Prouincialis Petricouiensis, denuò conscripti & editi,

Studio & opera Reuerendi D. Hieronymi Pouodouij, Archipresbyteri & Canonici Cracouieñ.

Præmissa est singulis Sacramentis summaria illorum doctrina vtilis & necessaria.



Cum Gratia & Priuilegio S. R. M.

CRACOVIÆ,

In Architypographia Regia & Ecclesiastica, Lazari,

Anno Domini, M. D. XCI.


FORTITUDO
SPES
FIDES
S. ALBERTUS
S. STANISLAUS
STANISLAVS KARNKOWSKI,
D. G. ARCHIEP. GNESNEN.
LEGATVS NATVS: R. P.
PRIMAS, AC PRIMVS
PRINCEPS.
CHARITAS

STANISLAVS
KARNKOWSKI,
DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA,
ARCHIEPISCOPVS GNESNEN: LEGATVS NATVS,
Regni Poloniæ Primas, ac primus Princeps.

Illustrissimis, ℞mis, ℞dis, ac Venerabilibus D. D. Archiepiscopo Leopolieñ. Episcopis, Prælatis, Abbatibus, Canonicis, Parochialium Ecclesiarum Rectoribus, ac vniuerso Clero Prouinciæ nostræ, salutem in Domino.

QVOD nos in ipso Archiepiscopatus nostri principio curaturos promiseramus, vt Libri Ecclesiastici, iuxta S. Romanæ Ecclesiæ, omnium Ecclesiarum matris ac magistræ, præscriptum, ad vsum Prouinciæ nostræ Gnesneñ. ederentur; id iam sedulò curare cœperamus. Nam cùm ad persoluendas DEO preces, decantandasq. laudes, tum ad uniformem Missarum celebrandarum ritum, Breuiaria, Gradualia, Antiphonaria, Missaliaque, insertis Patronorum Prouinciæ nostræ officiis, modisq. cantus veteribus retentis, excudenda decreueramus; conatique fuimus, vt promissā muneris officiique nostri fidem, Ecclesiis omnibus nostris, ea in parte primo quoq. tempore præstaremus. Sed postquam animaduertimus, tàm per nostram Gnesneñ. quàm per alias eiusdem Metropolis nostræ Suffraganeas Diocœses, librum Agendorum, plerisq. in Ecclesiis vix lacerum & mancū haberi, vel omninò desiderari: quòd eorū librorum, quos nos, cùm Ecclesiæ Wladislauieñ. præfuissemus, ex decreto Synodi Prouincialis Petricouieñ. antecessorisq. nostri, felicis memoriæ Iacobi Vchanski voluntate, edi curaueramus, nō tanta forsan copia fuerit; vt Ecclesiis omnibus Regni huius amplissimi sufficerent: necessariò in eam curam inprimis incumbendum esse, Prouincialis nostra Synodus, Anno superiori VI. Nonas Octobris Petricouiæ celebrata, censuit; vt Liber iste,

ber iste, rursum ante alios omnes, & quàm primum in lucem emitteretur; ne Sacerdotes & Curati, in ista suæ functionis parte, qua præcipuè salus animarum curatur, cum aliquo erroris periculo versentur; interdictæq. pridem rituum ab Ecclesiæ Romanæ consuetudine diuersitati, diutius inhæreant. Dignũ enim est, vt qui vna in Deum fidei confessione, in solida vnius Ecclesiæ Catholicæ petra, vnius corporis vnione continentur; iidem in externo veri Dei cultu, hominumq. mentibus, in sanctam beatorum ciuitatem, certo sacrorum vsu & ratione ascribendis, cum eo capite consentiant, atque gratiæ cælestis plenitudine vnguenti, vel roris ad instar, in omnes partes ex eo defluentis, quotidie foueantur, & aduersus omnes tenebrarũ potestates armentur. Hic enim est præcipuus Ecclesiæ Catholicæ ornatus & dignitas, hoc vnitatis sanctitatisq. signum, hoc argumentum certissimum; eã Sancti Spiritus, & Dñi viuificantis, qui vnitatis & consensionis est autor, imperio foueri & gubernari. Accipite igitur amplissimi Patres, Fratresq. in Domino charissimi, opus omnibus vtile & necessarium, ad vsum Prouinciæ nostræ accõmodatum: auctum eorum omnium breui & dilucida explicatione, quæ ad Sacramentorum, Sacramentaliumque administrationem, cognitu scituq. necessaria videntur: confectumq. summa nostra cura & diligentia, Hieronymique Powodouii, nostri Gnesneñ. & Cracouieñ. Canonici labore & industria. Quod vt omnes, ad quos animarum cura spectat, qui præsertim hoc idem prioris nostræ editionis non habent, suis in Ecclesiis habeant, atque ex eorum alterius præscripto, tã Sacramentalia, quàm Cæremonialia administrent, hortamur quenque in Domino, & Synodali autoritate præcipimus. Veteres autem Agendorum libros, qui in Diocœsi quaq. diuersi hactenus reperiuntur, penitus abolemus, omnemque illorum vsum temporibus perpetuis interdicimus. Decerneñ. eiusdem Synodi edicto perpetuo, nullum aliũ Agendorum librum, præterquàm aut primæ nostræ editionis, aut huius postremæ, in omnibus Ecclesiis Prouinciæ nostræ haberi, ex eiusq. præscripto, administrari omnia peragiq. debere. Datum in Arce nostra Louicieñ: Calend: Martij. Anno Dñi, 1590.

GENERALIA, QVAE IN HOC LIBRO Agendorum Sacramentalium continentur.

De Sacramento Baptiſmi.

De Sacramento Confirmationis. 40.

De Sacramento Matrimonij. 43.

De im-

Generalia Agendorum

De im-

Sacramentalium.

4

De Sacra-

1. Corint: xiiij.

SI QVIS IGNORAT, IGNORABITVR: OMNIA AVTEM HONESTE, ET SECVNDVM ORDINEM FIANT IN VOBIS.

PRAEMO-

PRAEMONITIO GENERALIS,

Ad Sacramentorum administrationem.

SAcramentum aliquod administraturus, inprimis curet bonam dispositionem ad tantum opus, tam sui ipsius, quàm suscipientis, & (quando eos adesse oportet) Patrinorum seu susceptorum. Ex parte sui videat, vt sit legitimus eius actus minister: videlicet, ne habeat defectum, in aliquo ex ordinibus sacris, vel in autoritate ministerij propria, vel subdelegata: ne etiam sit ab vtroque horum canonicè impeditus per aliquam censuram Ecclesiasticam: maximè verò suspensionem, excommunicationem, & irregularitatem, quas sæpius ignari vel incauti, ab ipso iure sine iudicis sententia incurrere, & sic seipsos simul & operationem istam sacram in discrimen vocare solent. Oportet itaque, vt sepiùs relegant casus singularum censurarum, quos in Compendium redactos non difficile reperient. Caueant quoque quantum possunt, ne peccati mortalis conscii, ad hanc administrationem accedant. Sed si tunc confiteri non vacat: excitentur ad peccatorum contritionem, cum proposito, prima opportunitate confitendi. Postremò, sint benè exercitati in ipsis Sacramentorum formulis, & casibus ad singula pertinentibus. Primum quidem horum assequentur ex frequentiori lectione & vsu ipsarum formularum, ne inexercitatos in ipso actu titubare contingat: alterum autem magna ex parte edocebunt, instructiones singulis Sacramentis in hoc libro præpositæ: quæ vel memoriæ mandari, vel frequenter & diligenter relegi debebunt. Secundò, danda est opera, vt suscepturi quoque aliquod ex sacramentis, & si quos alios sacramenti ratio requirat, non solùm ad Sacramentum ipsum, sed ad rem quoq; sacramenti, hoc est effectum gratiæ, præparentur. Principiò igitur cauendum est, ne ad vsum & participationem sacramentorum admittantur infideles, pagani, iudæi, heretici, excommunicati, & publico crimine notati, & in peccato mortali existentes; nisi Ecclesiæ Catholicæ reconcilientur. Præterea, si rudiores fuerint, instruendi sunt in fide, virtute, & vsu sacramentorum quæ suscepturi sunt. Quod

peritiores ex seipsis facient secundùm auditorum conditionem, & loci ac temporis opportunitatem. Reliqui verò vtentur Catechesibus, in fine huius libri positis: vel ex illis desument, quæ sibi opportuna videbuntur.

Quoniam verò Diuina virtus per humanum ministerium in sacramentis operatur, antequam Sacerdos tantum opus aggrediatur, si tempus foret, implorabit sibi, & iis quos spiritualiter curaturus est, gratiã & auxilium Spiritus sancti, per Antiphonam, Versum, & Collectam de Spiritu sancto, vel sequentem Orationem.

Orémus. Adesto Dómine supplicatiónibus nostris, & me, qui etiam misericórdia tua primus indígeo, cleménter exáudi: & quem non electióne mériti, sed dono grátiæ tuæ, constituísti huius óperis minístrum da fidúciam tui múneris exequéndi, atque ipse in nostro ministério, quod tuæ pietátis est, operáre. Qui viuis, &c.

INSTRVCTIO de sacramento Baptismi.



Vamùis liber Ritualis, qui vulgò Agendorum dicitur, generalem tantùmmodo Sacramentorum, & aliorum rituum Ecclesiasticorum formam, præscribere meritò debeat: casus autem singulorum particulares, ex alia lectione, & instructione sint petendi: tamen, in gratiam eorum, qui tempore necessitatis, vel rudiores, vel nouitii, nec satis exercitati, hanc Ecclesiasticam functionem aggrediuntur, vel memoria librísue deficientes, in ipsa Sacramentorum administratione variis dubiis distrahuntur; visum est operæpretium, quasdam regulas singulis Sacramentis præponere, quæ veluti claues, cœteris casibus diiudicandis viam aperient. Sicut igitur in vnoquoque Sacramento, sic nunc in Baptismo, qui cæterorum ianua est, hæc quatuor erunt expendenda: nimirum, Materia, Forma, Minister, & Suscipiens.

DE MA-

De materia Baptismi

PRimò igitur. Materia Baptiſmi de neceſsitate debet eſſe aqua naturalis, & elementaris, ſiue illa quocunq; modo ex terra ſcaturiat, ſiue ex aëre per pluuiam dilabatur: aliàs non tenebit Baptiſmus. Quòd ſi dubium erit, an ſit aqua elementaris, dubius quoq; erit Baptiſmus. Non refert autem, vtrum hæc aqua ſit calida, tepida, frigida, clara, turbida, vel quocunq; modo alterata, vel quouìs etiam colore vel ſapore affecta; modò naturam & ſubſtantiam ſuam non amittat. Si verò in glaciem vel niuem cõcreta fuerit; ante vſum diſſoluatur. Excluduntur igitur ab hoc vſu, omnes liquores quamuìs naturales, ſed qui aquæ elementaris proprietatem non continent, vel amittunt. Sicut & liquores artificiales, qui per aliquam alterationem, in aliam quàm in ſimplicis aquæ ſpeciem degenerant; quamùis potui, & aliis hominum vſibus deſeruiant: quarum ſpecificationem breuitatis cauſa omittimus. Aqua autem elementaris, debet eſſe benedicta, peculiari formula, ſolenni, vel extemporanea, de quibus infrà dicetur. Quæ quando haberi nullo modo poteſt, & extrema propter rationabilem caſum vrget baptizandi neceſsitas, ſufficiet tunc aqua elementaris. Extra quam neceſsitatem, ſimplici aqua baptizans, confert quidem Sacramentum, ſed ſacrilegii peccatum committit.

De forma Sacramentorvm præſertim Baptiſmi.

AD materiam ſeu elementum, requiritur forma, hoc eſt verbum Diuinæ virtutis, vt fiat Sacramentum. Forma autem ſingulorum Sacramentorum, debet eſſe vniformis, quam ex inſtitutione Chriſti vniuerſa obſeruat Eccleſia. Cùm tamen eius defectus variè fieri contingat, id ex ſequentibus regulis dignoſcatur.

Prima regula generalis omnium Sacramentorũ: Forma cuiuſlibet Sacramenti, variari & corrumpi poteſt, additione, detractione, immutatione, tranſpoſitione, interruptione, corruptione, & incongrua elocutione, in quacunq; lingua, & ex quacunq; intentione proferentis id eueniat. Quod quidem, licèt ſine peccato Sacrilegii non committitur; quando tamen in quocunque ex his defectu, ſenſus continens applicationem Sacramentalem ex vſu Eccleſiæ & intentione,

conferentis manet integer, Sacramentum tenet, aliâs autem minimè.

Secunda Regula: Forma Baptismi de verbis Christi desumpta, hæc est: *Ego te Baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* In qua exprimitur, primò actus cum debita intentione baptizantis ad eum qui baptizatur, in verbis, *Ego te Baptizo:* in reliquis autē continetur inuocatio Sanctissimæ Trinitatis. Vnde colligitur Græcos non esse imitandos, qui talem actum non plenè exprimunt, dicentes, Baptizetur seruus Christi &c. Similiter non valere Baptismum, si dicatur: Baptizo te in nomine Trinitatis: quia non exprimitur personarum singularitas: nec, in nomine Domini, vel vnius aut duarum personarum: quia non exprimitur Trinitas. Idem intellige, si quæcunque variatio, non respondens fidei Trinitatis, in ipsa forma committeretur.

Tertia Regula. Quando est dubium, an aliquis sit baptizatus, vtendum est forma conditionali dicendo: *Si non es baptizatus, ego te baptizo, in nomine &c.* Quod etiam seruandum est in aliis Sacramentis, quæ imprimunt characterem, vt iterari propterea nequeant. Debet autem in ipsa ablutione, vel circa ipsam formam pronunciari: alioqui, si vnum sine altero fieret, nullus, vel dubius esset baptismus.

De ministro Baptismi.

Primò: Nemo à seipso baptizari potest, sed ab altero. Secundò: Is autem ordinariè debet esse Sacerdos curatus, vel alius, cum illius, vel Episcopi consensu. Tertiò: si autem in casu extremæ necessitatis haberi non possit, tunc in baptismo priuato non solenni debet seruari ordo, si fieri potest: Præponendus enim est Diaconus Subdiacono, hic rursum in minoribus ordinibus constituto, & clerico: iste rursus laico, & vir fœminæ; nisi propter pudorem in exitu infantis, vel meliorem formæ scientiam, fœminam viro præferre oporteat. Quartò: In defectu autem personæ fidelis, in extremo tali casu potest baptizare infidelis, hæreticus, schismaticus, iudæus, & paganus, licèt ipse non credat, modò verba formæ, cum debita aquæ ablutione, rectè pronunciet, cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia, vel Christiani, vel quod Christus instituit. Quintò: Pater autem & mater, proprium puerum baptizare non debent: nisi in casu mortis, dum nemo alius haberi potest. Sextò: Solennitas autem Baptismi ex ardua necessitate, sic vt dictum est omissa, postea secundùm

dùm opportunitatē, in iis quæ omiſſa ſunt ſuppleri debet. Septimo. Merſio melius videtur exprimere ſignificationem Baptiſmi, quã ablutio, ſicut etiam trina quàm vnica: in hoc tamen ſecuritatis & conſuetudinis rationem optimam hucuſque retinet Eccleſia. Octauo. Vbi plurimi eſſent baptizandi, vt ſimul ſingulis miniſtri non ſufficerent, aſperſione aquæ, cum forma in plurali poſſent baptizari; vt initiò naſcentis Eccleſiæ, quando plurimi ſimul conuertebantur, in vſu fuiſſe credendum eſt.

De Svscipiente Baptismvm.

Svſcipientes baptiſmum, vel ſunt adulti, & quidē bifariam diſtincti, ſani, vel amentes: vel ſunt infantes & pueri; & hi ſimiliter vel Chriſtianorum, vel infidelium parentum. In adultis ſanis, tria præcedere debent baptiſmum. Primum quidem & præcipuum, intentio libera, & nullo modo coacta, ſuſcipiendi baptiſmum, vel ſaltē illud, quod ex Chriſti inſtitutione dat Eccleſia. Secundò, neceſſaria eſt fides, vt ſaltem credat implicite, quod credit Eccleſia: quando videlicet ex graui cauſa baptiſmum diferre non conuenit. alioqui tales debent erudiri ſaltem in primis fidei elementis; vt ipſi, quantum poſſunt, circa baptiſmum pro ſe reſpondeant. Quòd ſi tales non percepto baptiſmo mori contingat; in baptiſmo flammis, id eſt, piæ ſuſcipiendi intentionis, ſaluabũtur. Tertiò, in adulto baptizando requiritur dolor de præteritis peccatis, ſaltem per modum attritionis, & firmum propoſitum vitæ per ſpiritualem generationem ad amuſsim legis Chriſti emendandæ. Si primum horum .i. intentio deſit, non valet baptiſmus, nec inprimitur eius character: adeò vt talem, recuperata eiuſmodi intentione, rebaptizari oporteat. Si ſecundum .i. fides deſideretur; tenet quidem baptiſmus, & imprimitur eius character, ſed effectus baptiſmi non ſubſequuntur .i. habitus infuſus virtutum ſaluificarum fidei, ſpei, & charitatis, nec ipſius, quæ inde proficiſcitur, gratiæ gratum facientis. Si tertium, dolor cum propoſito melioris vitæ deficiat; nec tunc quidem impeditur valor & character baptiſmi, nec virtutum prædictarum infuſio; attamen intercipitur gratia Baptiſmalis. Prædicti autem defectus, vocantur obices ſpirituales, ex fictione promanantes: adeò, vt qui caret intentione, nil prorſus percipiat: qui autem ea habita deficit in fide vel dolore, vel in vtroque, quamuis baptiſmum percipiat & characterem; ta-

men peccat mortaliter sic suscipiendo, & iam dictos effectus non recuperat; nisi reiecta tali fictione vel obice, confiteatur peccata non ante sed post baptismum commissa, & talem fictionem & obicem: à quibus absolutus, effectus etiam ipsos sacramenti recuperat.

In altero adultorum ordine, sunt amentes, qui sunt in triplici differentia. Primò eorum, qui sic sunt à natiuitate compositi, & vsum rationis nunquam habuerunt. De iis eadem ratio est, quæ de pueris, quòd sine intentione & consensu baptizari possunt, quandocunque, etiam in ætate decrepita. Secundo modo affecti sunt, qui non à natiuitate, sed per interualla carent vsu, & iudicio rationis. Hi baptizandi sunt, cùm habuerint sana interualla. Si verò instet vitæ periculum; etiam in amentia possunt baptizari, si antea tempore sanitatis voluntatem ad hoc suam declarauerunt. Tertij sunt amentes perpetuo, qui tamen aliquando habuerunt vsum rationis. Et quidem si eo sanitatis tempore, dederunt aliqua signa intentionis baptismi, tunc etiam in amentia, si aliter fieri nequit, erunt baptizandi.

In secundo suscipientium ordine, sunt infantes seu pueri. Primò paruuli Christianorū, qui primo quoq; post natiuitatis tempore, dummodò securè ad Ecclesiam deferantur, sunt baptizandi: cùm dilatio propter solennitatem natalium soleat esse periculosa. In domibus autem baptismus fieri non debet, nisi puer debilis sit, Ecclesia verò remota, & aliæ causæ, quæ necessitatem grauem sic baptizandi inducant. Secundo loco sunt pueri infidelium, videlicet Paganorum, Iudeorum, & Hæreticorum eorum, qui propter defectum fidei Trinitatis, baptismo vel carent, vel eo, in forma præsertim & intentione (vt suprà dictum est) abutuntur. Qui quidem (licèt talis baptismus validus esset) baptizari non debet sine voluntate parentum: Christus enim non abrogauit, sed perfecit legem naturalem, secundùm quam pueri ante vsum rationis proprium, eandem cum suis parentibus videntur habere voluntatem. Secus esset, si alter parentum esset Christianus, alter autem educationem pueri Catholicam non esset impediturus. Tertio, sunt pueri exposititij ex incertis parentibus; qui, nisi de certo baptismo illorum possit explorari, forma conditionali sunt baptizandi. Quarto loco suscipientium, sunt infantes in difficultate partus de vita periclitantes: de quibus monendæ sunt obstetrices, vel assistentes, ne eos baptizare præsumant sub peccato mortali, nisi in certo & euidenti vitæ periculo. Curare autem debent,

bent,vt caput fœtus ex vtero expediant: quòd fi ex fenfu,fpiratione, vel motu,vitam habere compererint; illud aqua cum formæ pronunciatione & intentione non expreffo fexu,vt dictum eft,abluant. Manus,pes,vel membrum minus principale,fi in tali cafu apparuerit,poterit eodem modo baptizari; fed infans natus,effet denuo fub forma conditionali baptizandus.Quòd fi mater ante partum expirauerit,& fpes vitæ non fit reliqua (quæ fpes in fubitanea morte expectari debet) & fœtus in vtero moueatur,fecari debet,& fœtus exemptus baptizari. Viua autẽ etiam in fummo fui & fœtus periculo,nequaquam debet aperiri.Monftrũ ex fœmina natum,quemcunq; corporis defectum habeat, in defectu, exceffu,vel deformitate,modò conftet illud effe naturæ rationalis,baptizari debet.Secus effet,fi ex commiftione abominabili cum beftia, fœtus ille forma & moribus brutum potius quàm hominẽ referret. Si autem acciderit infantẽ nafci bicipitem,& fimiliter duas regiones cordis habentẽ, p̃fumendũ effet ibi contineri duas animas rationales,& confequenter duos homines diftinctos: & tunc vnus ex illis baptizandus eft forma ordinaria: ftatim autẽ pòft, alter forma conditionata. AD SVSCIPIENTES baptifmum, pertinent fufceptores,vel patrini,qui adhibentur: infantibus quidẽ,vt nomine Ecclefiæ fint ꝓfeffores,& quafi fponfores eorum fidei;fiquidem parẽtes nullo modo patrini effe poffunt, etiã in mortis articulo, propter fpiritualem(de qua infrà)cognationem: adultis autem,qui propriam fidem per feipfos profitentur, ad eruditionem in profefsione & moribus Chriftianis. Debent autem patrini effe baptizati, & catholici: fiquidem infideles,hæretici,& fchifmatici notorij,nõ poffunt Ecclefiam repræfentare,cuius non funt membra: nec fidem pro aliis fpondere,in qua ipfimet deficiunt, ficut nec ab Ecclefia excommunicati. Ex decentia autem,debent effe in elementis faltem fidei inftructi, nec aliquo publico crimine infamati. Plures autem patrini admitti non debent, nifi vnus vir vel vna fœmina, vel ad fummum vnus & vna fimul. Reliqui poffunt aftare propter reuerentiam & celebritatem,quamuis pro puero refpondeant:modò illum poft ablutionem non fufcipiant è fonte, vel tangant; quod folus, vel foli duo patrini facere debent. Inter quos,& baptizatum, baptizantem,& baptizatum, baptizatique patrem & matrem contrahitur cognatio fpiritualis, impediens matrimonium contrahendum,& dirimẽs contractum.

Cæremoniæ Baptifmi debent integrè, & cum grauitate admini-

 ftrari:

strari: tum etiam earum mysteria, in concionibus publicis, vel priuatis Baptismi populo explicari; ne vsu quotidiano earum maiestas vilescat. Inuestigandæ quoq; & arcendæ sunt superstitiones, quæ circa infantem baptizandum à mulierculis committi passim cõsueuerunt.

BENEDICTIO SALIS ad vsum Baptismi.

Ver. Adiutorium nostrum in nómine Dómini:
Res. Qui fecit cœlum & terram.

EXorcízo te creatûra salis, in nómine Dei pa ✠ tris omnipoténtis, & in charitáte Dómini nostri Iesu ✠ Christi, & in virtúte Spíritus ✠ sancti. Exorcízo te, per Deum ✠ viuum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ sanctum, qui te ad tutélam humáno géneri procreáuit, & pópulo veniénti ad credulitátem per seruos suos consecrári præcépit; vt in nómine sanctæ Trinitátis efficiàris salutáre, ad effugándum inimícum. Proínde rogámus te Dómine Deus noster, vt hanc creatúram salis sanctificándo sancti ✠ fices, benedicéndo bene ✠ dícas, vt fiat ómnibus suméntibus perfécta medicína pérmanens in viscéribus eôrum: in nómine eiúsdem Dómini nostri Iesu Christi, qui ventúrus est iudicáre viuos & mórtuos, & séculum per ignẽ. Res. Amen.

BENEDICTIO BREVIS AQVAE PRO Baptismo, quando in necessitate ex fonte sacro haberi non potest.

EXaudi nos omnípotens Deus, & in huius aquæ substántiã tuam misce virtútem: vt abluéndum per eam, & sanitátem simul, & vitam mereátur ætérnam. Per Christum Dóminum nostrum. Resp. Amen.

EXORCISMVS.

EXorcízo te creatúra aquę, in nómine Dei Pa ✠ tris omnipotén-

poténtis: & in charitáte Ieſu ✠ Chriſti Filij eius: & Spíritus ✠ ſancti. Exorcízo te omnis virtus aduerſárij: omnis incúrſio Sátanæ: & omne phantáſma: eradicáre & effugáre ab hac creatúra aquæ; vt fiat fons ſáliens in vitam ætérnam: & qui ex ea baptizátus fúerit, fiat templum Dei viui: & Spíritus ſanctus hábitet in eo, in remiſſiónem ómnium peccatórum. Poſtea pone chriſma in aquam, & dicas: Fœcundétur, & ſanctificétur iſte fons óleo ſalútis, & ſalutífero chríſmate. In nómine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spíritus ✠ ſancti. Amen.

RITVS ADMINISTRANDI BAPTISMVM.

SAcerdos ſuperpilicio indutus, & ſtola amictus, præparatis ad opus neceſſarijs, prodeat ad veſtibulum vel fores meridianas templi. Vbi Patrini cum baptizando expectent parati. Futuros igitur Patrinos, ad ſummum duos, vel ſaltem qui tenuerit infantē, ſtatuat proximum ſibi: facie ad orientem: ita vt infans oculis & pedibus verſus templum obuertatur: cui etiam ligatura conſueta remitti debet, vt pectus & ſcapulæ commodè attrectari queant. Si verò ſuſcipiens fuerit adultus, eodem vt dictum eſt loco, inter Patrinos ſtatuatur. Reliqui aſtantes, eodem, vel vt locus feret, ordine erunt diſponendi. Baptizandus imprimis, ſi fuerit adultus, graui aliqua oratione erit commonendus, vt fidem, in qua iam eruditus eſt, ad vſum ipſum reuocet, præſertim fidem Baptiſmi, vt ipſe pro ſe, quòad maximè fieri poteſt, reſpondeat. Simulq; ad contritionem peccatorum ſuorum excitetur, tanquam baptiſmalem innocentiam mox recepturus. Si fuerit infans, tunc quidem Patrini & aſtantes, ſi fuerint rudiores, inſtruendi ſunt in Baptiſmi, & ſuſceptionis, vel aſsiſtentiæ ſuæ neceſſarijs. Si fuerint in talibus inſtructi, ſed non ſatis grauiter & deuotè (vt plerunque fit) circa hoc ſeſe gerentes; admoneantur de grauitate, & inſigni efficacia tanti ſacramenti. Si denique fuerint hæretici vel

vacillantes (qui tamen Baptiſmum non diffitentur, quales in hac Prouincia vix vitari poſſunt) cautè explorati, admoneantur blandè, vt circa opus tam ſacrum, modeſtè, & quantum poſſunt deuotè ſeſe gerant: (& tunc in Catecheſi facienda, reſpectus eorum erudiendorum habeatur) ſin minus, vt bona pace, donec Baptiſmus abſoluatur, parum ſecedant.

RITVS BAPTIZANDI MASCVLVM.

Abſoluta pro temporis & perſonarum, vt dictum eſt, opportunitate, Catecheſi vel admonitione, Sacerdos ad baptizandum obuerſus dicat.

Ver: Adiutorium noſtrum in nómine Dómini:
Reſ: Qui fecit cœlum & terram.

Dehinc exquiſito & à Patrinis enunciato ſuſcipientis nomine, inſufflet per modum S. Crucis in faciem infantis dicendo, ſicut & reliqua, voce mediocri & intelligibili.

Exi immunde ſpíritus, & da honórem Deo viuo & vero: da honórē Ieſu Chriſto fílio eius, & Spirítui ſancto: & recede ab hac imágine Dei, & da locum Spirítui ſancto parácleto. Notandum. Quòd ſignum crucis, quando faciendum eſt in aliquo membro, debet fieri attingendo locum ipſum tribus primis digitis, vel ſolo pollice. Integer verò ſuſcipiens, vt in Exorciſmo, benedicendus eſt manu extenſa paulò remota, vt fit in Miſſa. Deinde faciat crucem in fronte pueri, dicens: Signum ſanctæ crucis Dómini noſtri Ieſu Chriſti in frontem tuam ✠ pono. Eandem faciat in pectore, dicens: Signum Saluatóris Dómini noſtri Ieſu Chriſti in pectus tuum ✠ pono. Iterum faciat ſimul in fronte, & in pectore, dicens: Accipe ſignum ſanctæ crucis, tam in fronte ✠ quàm in pectore

ctore ✠: sume fidem cœléstium præceptórum: talis esto móribus, vt templum Dei esse possis, ingressusq; Ecclésiam Dei, euasísse te láqueos mortis lętus agnósce: horrésce idôla: réspue simulâchra: cole Deum patrem omnipoténtem, & Iesum Christum filium eius únicum Dóminum nostrum, qui cum eodem patre, viuit & regnat in vnitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sécula seculórum. Amen.

Orémus. Omnípotens sempitérne Deus, pater Dómini nostri Iesu Christi, respícere dignâre super hunc fámulum tuum N. quem ad rudiménta fidei vocáre dignátus es: omnemque cœcitátem cordis ab eo expélle. Disrúmpe omnes láqueos Sáthanæ, quibus fuit alligátus. Aperi ei Dómine iánuam pietátis tuæ, vt signo sapiéntiæ tuæ imbútus, ómnium cupiditátum fœtóribus cáreat, & ad suauem odôrem præceptôrum tuôrum lætus in Ecclésia tua tibi deséruiat, & profíciat de die in diem, vt idóneus efficiátur accédere ad grátiam baptísmi tui, percépta medicína cœlésti, per eundem Christum Dóminum nostrum. Res. Amen.

Deinde interroget nomen Baptizandi, dicens:

Nominetur puer.

Polon: **Wmiencie dziecie.** } Respon: N.
Germ: **Nennet das Kindt.**

Et mittat paululum de sale exorcizato duobus digitis in os eius, nomen eius exprimens, & dicens: N. Accipe salem sapientiæ, vt Christus sit tibi propitiâtus in vitã ætérnam. Res. Amen. Pax tecum. Resp. Et cum Spíritu tuo.

Orémus. DEus Patrum nostrórum, Deus cónditor vniuérsæ veritátis: te súpplices exorámus; vt hunc fámulum tuum N. respícere dignéris propítius: & hoc pábulum sal primùm gustántem, non diútius esuríre permíttas, quòmin repleátur cibo cœlésti: quátenus sit semper spíritu di

feruens, ſpe gaudens, tuo ſemper nómini ſéruiens: & perduc eum ad nouæ regeneratiónis lauâcrum; vt cum fidélibus tuis promiſſiónum tuárum, ætérna præmia cónſequi mereátur. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. Amen.

Orémus. DEus Abraham, Deus Iſaác, Deus Iacob: Deus, qui Moyſi fámulo tuo in monte Sina aparuíſti, & filios Iſraël de terra Aegypti eduxíſti, députans eis ángelum pietátis tuæ, qui cuſtodíret eos die ac noćte. Te quæſumus Dómine, vt mittere dignéris ſanćtum ángelum tuum, qui ſimíliter cuſtódiat hunc fámulum tuum N. & pérducat eum ad grátiam baptíſmi tui: per Chriſtum Dóminum noſtrum. Amen.

Ergo maledíćte Diábole, recognóſce ſenténtiam tuam: & da honórem Deo viuo & vero: da honórem Ieſu Chriſto fílio eius, & Spirítui ſanćto parácleto: & recéde ab hoc fámulo Dei N. Quia eum Deus & Dóminus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuam ſanćtam grátiam & benedićtiónem, fontemq; baptíſmatis, dono grátiæ ſuæ vocâre dignátus eſt: & hoc ✠ ſignum ſanćtæ crucis, Sacerdos faciat crucē in fronte pueri, quod nos fronti eius damus, tu maledíćte Diábole, nunquam áudeas violâre, per eúndem Chriſtum Dn̄m noſtrum. Amen.

AVdi maledíćte Sáthana, adiurátus per nomen ætérni Dei, & Saluatóris noſtri Ieſu Chriſti; cum tua vićtus inuídia tremens gemensque diſcéde: nihil ſit tibi commúne cum Seruo Dei, iam cœléſtia meditánte, renuntiatûro tibi, ac ſéculo tuo, & beátæ immortalitáti vićtúro. Da ígitur honórem aduenienti Spirítui ſanćto, qui ex ſumma cœli arce deſcéndens, extirpátis fráudibus tuis, diuíno fonte purgátum pećtus, id eſt, ſanćtificátum Deo templum & habitáculum perfíciat. Et ab ómnibus pénitus nóxijs præteritórum crímini liberátus, hic Seruus Dei grátias perénni Deo réferat ſemper, & benedícat nomen eius in ſécula ſeculórum. Amen.

Ergo

ERgo maledícte Diábole, recognósce senténtiam tuam: & da honórem Deo viuo & vero: da honórem Iesu Christo Filio eius, & spirítui sancto parácleto; & recéde ab hoc fámulo Dei N. quia eum Deus & Dóminus noster Iesus Christus, ad suam sanctam grátiam & benedictiónem, fontemque baptísmatis, dono grátiæ suæ vocáre dignátus est. Et hoc signum ✠ sancte crucis, Sacerdos faciat crucem in fronte pueri, quod nos fronti eius damus, tu maledícte Diábole, nunquam áudeas violâre: per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

Deinde additur Exorcismus.

Exorcizo te immúnde spiritus: in nómine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spíritus ✠ sancti: vt éxeas & recédas ab hoc fámulo Dei N. ipse enim tibi ímperat maledícte, damnáte, qui pédibus suis super mare ambuláuit, & Petro mergénti déxteram porréxit. Qui cum Patre & Spíritu sancto viuit & regnat in sécula seculórum. Amen.

ERgo maledícte Diábole, recognósce senténtiam tuam: & da honórem Deo viuo & vero: da honórem Iesu Christo Filio eius: & Spíritui sancto parácleto; & recéde ab hoc fámulo Dei N. quia eum Deus & Dóminus noster Iesus Christus, ad suam sanctam grátiam & benedictiónem, fontemque baptísmatis dono grátiæ suæ vocáre dignátus est. Et hoc signum ✠ sanctæ crucis, Sacerdos faciat crucem in fronte pueri, quod nos fronti eius damus, tu maledícte Diábole, nunquam áudeas violâre, per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

Orémus. Ætérnam, ac mitíssimam pietátem tuam déprecor, Dómine sancte Pater omnípotens ætérne Deus, qui es author lúminis & veritátis; vt super hunc fámulum tuum N. benedictiónis tuæ largitátem infúndas, vt dignéris illum

illumináre lúmine intelligéntiæ tuæ. Munda eum & sanctífica: & da ei sciéntiam veram, vt dignus efficiátur accédere ad grátiam baptísmi tui: téneat fidem firmam, spem certam, consílium rectum, doctrínam sanctam, vt aptus sit ad percipiéndam grátiam tuam. Per Dóminum nostrũ Iesum Christum fílium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sécula seculórum. Res. Amen.

Ver: Dóminus vobíscum: Res. Et cum Spíritu tuo.
Ver. Sequéntia sancti Euangélij secúndùm Matthæum:
Res. Glória tibi Dómine.

Hoc dicto ponat stolam supra pectus pueri, dicens:

IN illo témpore. Obláti sunt Iesu páruuli, vt manus illis impóneret, & oráret. Discípuli autem increpábant eos. Iesus verò ait illis: Sínite páruulos: & nolíte prohibêre eos ad me veníre: tálium est enim regnum cœlórum.

Hìc amotà stola, imponat manum supra caput pueri, & dicat: Et cùm imposuísset manus illis, abijt inde. Deinde Sacerdos cum astantibus, ad hoc ipsum monitis, genuflexi versus Ecclesiam pro incolumitate spirituali & corporali suscipientis orando, dicant: Pater &c. Aue &c. Credo &c. Postea terræ mundæ in pixide asseruandæ, accipiat modicum: & indice dextro in propria saliua benè intincto, in palma sinistræ manus faciat lutum: reuersúsq; ad puerum prosequatur.

NEc te láteat Sáthana, imminêre tibi pœnas: imminêre tibi torménta: imminêre tibi diem iudícij, diem supplícij sempitérni, qui ventúrus est velut clíbanus ardens, in quo tibi atq; Angelis tuis vniuérsis, ætérnus véniet intéritus. Proinde damnáte atque damnánde, da honórem Deo viuo & vero: da honórem Iesu Christo fílio eius, & Spirítui sancto paráclito: in cuius nómine atq; virtúte præcípio tibi, quicunq; es spíritus immúnde, vt éxeas & recédas ab hoc fámulo Dei N. quem hódie Deus & Dóminus noster Iesus Christus ad

suam

suam sanctam grátiam & benedictiónem, fontemque baptismatis, dono grátiæ suæ vocâre dignátus est; vt fiat eius templum per aquã regeneratiónis, in remissiónem ómnium peccatórum: in nómine eiúsdem Dómini nostri Iesu Christi, qui ventúrus est iudicáre viuos & mórtuos, & séculum per ignem. Amen.

Hic pollicem dextrum luto imbuens, tangat dextram auriculam infantis, in modum crucis, dicens: In nómine Patris, & Fílij, & Spíritus sancti, Epheta, quod est adaperire. Deinde nares tangat, & subiungat, In odôrem suauitátis. Mox sinistram aurem tangens dicat: Tu autem effugáre Diábole: Appropínquat enim iudícium Dei. Post hæc aspergat puerum cum patrinis aqua benedicta: & porrecta in manum tenentis eum extrem[illegible] parte stolæ, inducat eum in Ecclesiam dicendo: Ingrédere in templum Dei, vt hábeas partem cum eléctis Dei: in nómine Patris, & Filij, & Spíritus sancti. Amen.

Sacerdos præparato oleo Catechumenorum & Chrisma te, simul & aqua cum sale ad ea abluenda, statuat obuersos sibi ad fontem patrinos cum puero versus occidentem: & interroget illos:

Vultis puerum leuare de sacro fonte?	Respondeant patrini.	Volumus.
Chcecie to dźiécie ze krztu podnieść?		Chcemy.
Wolt jr das Kind a[illegible]er Tauffe heben?		Ja.

Sacerdos:	Nominetur puer.	Respondeant Patrini.	N.
	Miéncie dźiécie.		
	Nennet das Kind.		

Et mox repetens idipsum nomen Sacerdos, interroget ipsum puerum.

N. Abrenuncias Sathanæ?	Respondeant Patrini.	Abrenuncio.
N. Odrzekaß sie duchá złégo?		Odrzekam.
N. Widersagstu dem Teuffel?		Jch widersage.

Quòd si adultus baptizetur, ipse pro se hoc, & quæ sequuntur respondeat.

Sacerdos rursus interroget.

Et omnibus pompis eius? { Resp: } Abrenuncio.
Y wßelkiéy pychy iego? { Resp: } Odrzekam.
Vnd aller seiner hoffart? { Resp: } Jch widersage.

Sacerdos.

Et omnibus operibus eius? { Resp: } Abrenuncio.
Y wßystkich spraw iego? { Resp: } Odrzekam.
Vnd allen seinen wercken? { Resp: } Jch widersage.

Deinde Sacerdos dicat: Nominetur puer. Miéncie dźiécie. Nennet das Kind. { Respondeant Patrini. } N.

Tunc interroget de fide baptizandum dicens:

N. Credis in Deum patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ? Resp: Credo.

N. Wierzyß w Bogá oycá wßechmogącégo / stworzyćielá niebá y ziemie? Resp: Wierze.

N. Glaubstu in Gott den Vater allmechtigẽ/ Schöpffer Himmels vnd der Erden? Resp: Jch glaub.

Sacerdos.

Credis in Iesum Christum filium ei vnicum Dominum nostrum, natum, passum, sepultum, qui tertia die resurrexit à mortuis, ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Inde venturus est iudicare viuos & mortuos? Resp: Credo.

Polon: Wierzyß y w JEzusá Chrystusá syná iego iedynégo/ páná náßégo/ národzonégo / vmeczonégo / pogrzebionégo / ktory trzećiégo dniá zmartwych wstał / wstąpił ná niebiosá / śiedźi ná prawicy Bogá oycá wßechmogącégo: ztąd źe przydźie sądźić żywé y martwé? Resp: Wierze.

Germ:

Germ: Glaubſtu auch in Jeſum Chriſtum ſeinen einigẽ Son/ vnſern Herrn / der geboren / gelitten / geſtorben / begraben / vnd am dritten tage aufferſtanden von den todten/ gen Hiñel gefahren / ſitzet zur rechten Hand Gottes des Allmechtigen Vaters/ von dannen er kommen wird zu richten die lebendigen vnd die todten: Reſp: Jch glaube.

Sacerdos.

Credis in Spiritum ſanctum, ſanctam Eccleſiam Catholicam, ſanctorum communionem, remiſſionem peccatorum, carnis reſurrectionem, & vitam æternam? Reſ: Credo.

Polo: Wierzyſz też w Duchá świetégo/ świety powſzechny kośćiol Krześćiiánſki / świetych obcowánié grzéchów odpuſczenié/ ćiálá zmartwychwſtánié/ y żywot wieczny: Reſp: Wierze.

Germ: Glaubſt du an den Heiligen Geiſt / eine Heilige allgemeine Chriſtliche Kirche / die gemeinſchafft der Heiligen / vergebung der Sünden / aufferſtehung des Fleiſches / vnd ein ewiges Leben: Reſp: Jch glaube.

Sic finita Catecheſi, Sacerdos intincto indice manus dextræ in oleum S. Catechumenorum, liniat pectus baptizandi (quem Patrini ipſi apto modo collocatum teneant) in formam crucis dicens: Ego te linio oleo ſalu ✠ tis. Et mox puero prono ſubijciens manum ſuam ſiniſtram, faciat aliam crucem eodem oleo inter Scapulas ſubiungẽdo: In Chriſto ✠ Ieſu Domino noſtro, in vitam æternam. Amen.

Eodem puero in manibus Patrinorum debitè compoſito, iterum de nomine eius interroget dicens:

Nominetur puer. Miencie dźiećie. Nennet das Kind.	Reſpondent Patrini.	N.

Repetat ter.	N.	Vis baptizari?	Reſpondent Patrini.	Volo.
	N.	Chceſz bydź okrzczon:		Chce.
	N.	Wiltu getaufft werden:		Ja ich wil.

Tunc ſuppoſita puero ſiniſtra manu, dextra de fonte aquã hauriat, & fundat ſuper caput pueri, in manibus Patrinorum poſiti,

positi, tribus vicibus, dicens: N. Ego te baptizo in nomine Pa ✠ tris, fundat semel: & Fi ✠ lij, fundat secundò: & Spiritus ✠ sancti, fundat tertiò, Amen. Pax tecum. Resp. Et cum spiritu tuo.

Tunc Sacerdos, pollice dextro in Chrismate intincto, in vertice pueri faciat signum Crucis, dicens:

Orèmus. DEus omnípotens, Pater Dómini nostri Iesu Christi, qui te regeneráuit ex aqua, & Spíritu sancto, quique dedit tibi remissiónem ómnium peccatórum tuórum; ipse te líniat Chrísmate salútis in Christo Iesu ✠ Dómino nostro in vitam ætérnam. Amen.

Mox ponat caputium præparatũ super caput pueri dicens:

Accipe vestem cándidam, sanctam, & immaculátam, quam pérferas sine mácula, ante tribúnal Dómini nostri Iesu Christi: vt hábeas vitam ætérnam, & viuas in sécula seculórum. Amen. Pax tecum. Et cum spíritu tuo.

Tunc Patrinus vel matrina tenens, leuet à fonte puerũ, vel etiam adultum: alter verò, si adest, eundẽ tunc tangat: Hoc enim signo contrahitur cognatio vera spiritualis, de qua moneantur his verbis.

Admoneo vos, de vinculo cognationis spiritualis, cum hoc filio spirituali, eiusq; parentibus contracto: simul & officij vestri; vt deficiente cura parentum carnalium, puer hic opera vestra, in fide Catholica, & moribus Christianis, ad vsum propriæ rationis instituatur. Reliqui autem, qui pietatis vel honoris causa hîc astiterunt, non erunt ad prædicta obligati.

Polon: Vpominam was o zwiąsku powinowáctwá duchownégo / ktoręgoście z tym duchownym synem swym / y z iego rodzicámi/nábyli. Tákże o powinności wászéy: gdzieby ná cielesnych rodzicách zeszło/ áby ten krzesny syn/stárániem wászym/ábo iednégo z was / w wierze Powszechnéy / y pobożności Krześciáńskiey/ był wyćwi-

byl wyćwiczony. Inßé persony / ktoré tu przy tym dla nabożeń-
stwá ábo vczćiwośći stály/ zostáwáią od tych powinnośći wolné.

Germ: Jch ermane euch / wegen der verbündnus der Geistli-
chen Freundschafft / welche geschehen ist jetzunder zwischen euch/
ewrem geistlichen Sohne / vnd seinen Eltern: auch wegen des
Ampts halben/ welches jr schüldig zu thun seid: Das / so die El-
tern mit Tod abgiengen / das jhr diesen ewren geistlichen Sohn
(so viel als euch müglich ist) vnterrichtet im Christlichen Glau-
ben / so wol auch in andern Christlichen tugenden: Die andern
aber/welche allhie aus andacht/oder zu ehren der heiligen Tauffe
beystehen/ werden solcher pflicht frey vnd ledig sein.

Deinde Sacerdos candelam accensam porrigit in manum, vel si non est expedita, super pectus infantis, patrino vel matrina eam tenente, & dicat:

Accipe lámpadem ardéntem inextinguíbilem: custódi baptísmum tuum: serua mandáta Dei: vt cùm Dóminus ad núptias vénerit, possis illi occúrrere, vna cum ómnibus sanctis, in aula cœlésti: habeasque vitam ætérnam, & viuas in sécula seculórum. Amen.

Postea dicat Sacerdos ad libitum Euangelium S. Ioannis.

In princípio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in princípio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil, quod factũ est. In ipso vita erat: & vita erat lux hominum: & lux in ténebris lucet: & ténebræ eam non comprehendérunt. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioánnes. Hic venit in testimónium, vt testimónium perhibéret de lúmine: vt omnes créderent per illum. Non erat ille lux: sed vt testimónium perhibéret de lúmine. Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum. In mundo erat, & mũdus per ipsum factus est: & mundus eum non cognóuit. In própria venit: & sui eum non recepérunt. Quotquot autem

14

recepérunt eum, dedit eis poteſtátem filios Dei fieri: his qui credunt in nómine eius. Qui non ex ſanguínibus, neq; ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri, ſed ex Deo nati ſunt. ET VERBVM CARO FACTVM EST. Et habitáuit in nobis. Et vídimus glóriam eius, glóriam quaſi vnigéniti à patre, plenum grátiæ & veritátis.

Quo finito, ſubiungat dicens: Vade in pace: & Dóminus cuſtódiat te ab omni malo. Amen. Impoſitio autem infantis ſuper altare, ſapit ſuperſtitionem: ideò paulatim ſaltem ex vſu eſt eliminanda.

Curandum eſt poſtea, vt dies huius Baptiſmi, nomenque baptizantis, & baptizati, ſimulq; patrinorum, in libro in Eccleſia diligenter aſſeruando, inſcribatur.

DE PRIVATO, VEL DVBIO BAPTISMO.

IN prædicta baptizandi formula, antequam Miniſter perueniat ad ablutionem cum prolatione formæ verborum, inquirat, ſi ſuſcipiens non eſt baptizatus, ſaltem ſimplici & priuato baptiſmo, ab obſtetrice vel alijs. Quòd ſi dubium baptiſmum, iuxta regulas initiò poſitas explorauerit, abluendo vtatur ſequenti forma. N. Si es baptizatus, non te rebaptizo: ſed ſi non es baptizatus, ego te baptizo, in nomine ✠ Patris, & ✠ Filij, & ✠ Spiritus ſancti. Amen.

Cæterùm, ſi certò conſtat puerum debita materia, forma, & intentione, fuiſſe baptizatum; tunc omiſſa ablutione eiuſque forma, reliquas Cæremonias omiſſas, ſupplebit ſuo ordine.

RITVS BAPTIZANDI FOEMELLAM.

Abſoluta pro temporis & perſonarum, vt dictũ eſt, opportunitate, Catecheſi vel admonitione, Sacerdos ad baptizandum obuerſus dicat.

Ver. Adiutórium noſtrum in nómine Dómini:
Reſ. Qui fecit cœlum & terram.

Dehinc cognito ex Patrinis ſuſcipientis nomine, vnde etiam ſexus breuiùs & modeſtiùs deprehendetur, inſufflet per modum S. Crucis in faciem infantis dicendo, ſicut & reliqua, voce mediocri & intelligibili.

Exi immúnde ſpíritus, & da honórem Deo viuo & vero: da honórẽ Ieſu Chriſto filio eius, & Spirítui ſancto: & recéde ab hac imágine Dei, & da locum Spirítui ſancto paracleto.

Deinde faciat crucem in fronte fœmellæ, dicens: Signum ſanctæ crucis Dómini noſtri Ieſu Chriſti in frontem tuam ✠ pono. Eandem faciat in pectore, dicens: Signum Saluatóris Dómini noſtri Ieſu Chriſti in pectus tuum ✠ pono. Iterum faciat ſimul in fronte, & in pectore, dicens: Accipe ſignum ſanctæ crucis, tam in fronte ✠ quàm in péctore ✠: ſume fidem cœléſtium præceptórum: talis eſto móribus, vt templum Dei eſſe poſſis, ingreſſaq; Eccléſiam Dei, euaſiſſe te láqueos mortis læta agnóſce: horréſce idôla: réſpue ſimulâchra: cole Deum patrem omnipoténtem, & Ieſum Chriſtum fílium eius únicum Dóminum noſtrum, qui cum eodem patre, viuit & regnat in vnitáte Spíritus ſancti Deus, per ómnia ſécula ſeculôrum. Amen.

Orémus. Omnípotens ſempitérne Deus, pater Dómini noſtri Ieſu Chriſti, reſpícere dignâre ſuper hanc famulam tuam N.

am N. quam ad rudiménta fídei vocáre dignátus es: omnemque cœcitátem cordis ab ea expélle. Dirúmpe omnes láqueos Sáthanæ, quibus fuit alligáta. Aperi ei Dómine iánuam pietátis tuæ, vt signo sapiéntiæ tuæ imbúta, ómnium cupiditátum fœtóribus cáreat,& ad suauem odórem præceptôrum tuôrum læta in Ecclésia tua tibi deséruiat, & profíciat de die in diem; vt idónea efficiâtur accédere ad grátiam baptísmi tui, percépta medicína cœlésti, per eundem Christum Dóminum nostrum. Res. Amen.

Deinde interroget nomen Baptizandi, dicens:

	Nominetur puer.	
Polon:	Mienie dziecie.	Respon: N.
Germ:	Nennet das Kind.	

Et mittat paululum de sale exorcizato duobus digitis in os eius,nomen eius exprimens,& dicens: N. Accipe salem sapiéntiæ, vt Christus sit tibi propitiâtus in vitã ætérnam. Res: Amen. Pax tecum. Resp: Et cum spíritu tuo.

Orémus. DEus Patrum nostrórum, Deus cónditor vniuérsæ veritátis: te súpplices exorámus; vt hanc fámulam tuam N. respícere dignéris propítius: & hoc pábulum salis primùm gustántem,non diútius esuríre permíttas,quòminus repleátur cibo cœlésti: quátenus sit semper spíritu diuíno feruens, spe gaudens, tuo semper nómini séruiens: & perduc eam ad nouæ regeneratiónis lauâcrum; vt cum fidélibus tuis promissiónum tuárum, ætérna præmia cónsequi mereátur. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Orémus. DEus cœli, Deus terræ, Deus Angelôrum, Deus Archangelôrum, Deus Prophetárum, Deus Patriarchárum, Deus Apostolôrum, Deus Martyrum, Deus Confessórum, Deus Vírginum, Deus ómnium bene viuéntium, Deus, cui omnis lingua confitétur, cœléstium, terréstrium, & infernórum: te

rum, te ínuoco Dómine ſuper hanc fámulam tuam N. vt dignéris eam cuſtodíre, & perdúcere ad grátiam baptíſmi tui. Per Chriſtum Dóminum nóſtrum. Reſp. Amen.

ERgo maledícte Diábole, recognóſce ſenténtiam tuam: & da honórem Deo viuo & vero: da honórem Ieſu Chriſto Filio eius: & Spirítui ſancto parácleto; & recéde ab hac fámula Dei N. quia eam Deus & Dóminus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuam ſanctam grátiam & benedictiónem, fontemque baptíſmatis dono grátiæ ſuæ vocáre dignátus eſt. Et hoc ſignum ✠ ſanctæ crucis, Sacerdos faciat crucem in fronte fœmellæ, quod nos fronti eius damus, tu maledícte Diábole, nunquam áudeas violâre: Sed damnátus in ætérnum, máneas ab ea repúlſus. Per eum, qui ventúrus eſt iudicáre viuos & mórtuos, & ſéculum per ignem. Amen.

Orémus. DEus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, Deus, qui tribus Iſraël de Ægyptiaca ſeruitúte liberâſti, Suſánnam de falſo crímine eripuiſti: te ſúpplices exorámus, vt líberes & hanc fámulam tuam de poteſtáte Diáboli, & perdúcere eam dignéris ad grátiam baptíſmi tui. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. Amen.

ERgo maledícte Diábole, recognóſce ſenténtiam tuam: & da honórem Deo viuo & vero: da honórem Ieſu Chriſto Fílio eius, & ſpirítui ſancto parácleto; & recéde ab hac fámula Dei N. quia eam Deus & Dóminus noſter Ieſus Chriſtus, ad ſuam ſanctam grátiam & benedictiónem, fontémque baptíſmatis, dono grátiæ ſuæ vocáre dignátus eſt. Et hoc ſignum ✠ ſanctę crucis, Sacerdos faciat crucem in fronte fœmellæ, quod nos fronti eius damus, tu maledícte Diábole, nunquam áudeas violâre: ſed damnátus in ætérnum, máneas ab ea repúlſus. Per eum qui ventûrus eſt iudicáre viuos & mórtuos, & ſéculum per ignem. Amen.

Exorcizo

16

Exorcizo te immúnde Spíritus, per Pa ✠ trẽ, & Fíli ✠ um, & Spíritum ✠ sanctum, vt éxeas & recédas, ab hac fámula Dei N. Ipse enim tibi ímperat maledícte, damnáte, qui cœco nato óculos apéruit, & quatriduánum Lazarum de monuménto suscitáuit.

ERgo maledícte Diábole, recognósce senténtiam tuam: & da honórem Deo viuo & vero: da honórem Iesu Christo Filio eius: & Spíritui sancto paráclito; & recéde ab hac fámula Dei N. quia hanc Deus & Dóminus noster Iesus Christus ad suam sanctam grátiam & benedictiónem, fontemque baptísmatis dono grátiæ suæ vocáre dignátus est. Et hoc signum ✠ sanctæ crucis, *Sacerdos faciat crucem in fronte fœmellæ*, quod nos fronti eius damus, tu maledícte Diábole, nunquam áudeas violáre: Sed damnátus in æternum, maneas ab ea repúlsus. Per eum, qui ventúrus est iudicáre viuos & mórtuos, & séculum per ignem. Amen.

Orémus. Ætérnam, ac mitíssimam pietátem tuam déprecor, Dómine sancte Pater omnípotens ætérne Deus, qui es author lúminis & veritátis; vt super hanc fámulam tuam N. benedictiónis tuæ largitátem infúndas, vt dignéris illam illumináre lúmine intelligéntiæ tuæ. Munda eam & sanctífica: & da ei sciéntiam veram, vt digna efficiátur accédere ad grátiam baptísmi tui: téneat fidem firmam, spem certam, consílium rectum, doctrínam sanctam, vt apta sit ad percipiéndam grátiam tuam. Per Dóminum nostrũ Iesum Christum fílium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sécula seculórum. Res. Amen.

Ver: Dóminus vobíscum. Res. Et cum Spíritu tuo.
Ver. Sequéntia sancti Euangélij secúndùm Matthæum.
Res. Glória tibi Dómine.

Hoc dicto ponat stolam supra pectus fœmellæ, dicens:

In illo

IN illo témpore. Obláti sunt Iesu páruuli, vt manus illis impóneret, & oráret. Discípuli autem increpábant eos. Iesus verò ait illis: Sinite páruulos: & nolíte prohibêre eos ad me veníre: tálium est enim regnum cœlôrum.

Hic amota stola, imponat manum supra caput fœmellę, & dicat: Et cùm imposuísset manus illis, abijt inde. Deinde Sacerdos cum astantibus, ad hoc ipsum monitis, genuflexi versus Ecclesiam, pro incolumitate spirituali & corporali suscipientis orando, dicant: Pater &c. Aue &c. Credo &c. Postea terræ mundæ in pixide asseruandæ, accipiat modicum: & indice dextro in propria saliua benè intincto, in palma sinistræ manus faciat lutum: reuersusq; ad fœmellam prosequatur.

NEc te láteat Sáthana, imminére tibi pœnas: imminêre tibi torménta: imminêre tibi diem iudícij, diem supplícij sempitérni, qui ventúrus est velut clíbanus ardens, in quo tibi atq; Angelis tuis vniuérsis, ætérnus véniet intéritus. Proinde damnáte atque damnánde, da honórem Deo viuo & vero: da honórem Iesu Christo fílio eius, & Spirítui sancto paráclеto: in cuius nómine atq; virtúte præcípio tibi, quicunq; es spíritus immúnde, vt éxeas & recédas ab hac fámula Dei N. quam hódie Deus & Dóminus noster Iesus Christus ad suam sanctam grátiam & benedictiónem, fontemque baptísmatis, dono grátiæ suæ vocâre dignátus est; vt fiat eius templum per aquã regeneratiónis, in remissiónem ómnium peccatórum: in nómine eiúsdem Dómini nostri Iesu Christi, qui ventúrus est iudicáre viuos & mórtuos, & séculum per ignem. Amen.

Hic pollicem dextrum luto imbuens, tangat dextram auriculam infantis, in modum crucis, dicens: In nómine Patris, & Fílij, & Spíritus sancti, Epheta, quod est adaperíre. Deinde nares tangat, & subiungat, In odórem suauitátis. Mox sinistram aurem tangens dicat: Tu autem effugáre Diábole: Appropínquat enim iudícium Dei. Post hæc aspergat fœ-

gat fœmellam cum patrinis. aqua benedicta: & porrecta in manum tenentis eam extrema parte stolæ, inducat eam in Ecclesiam dicendo: Ingrédere in templum Dei, vt hábeas partem cum eléctis Dei: in nómine Patris, & Filij, & Spíritus sancti. Amen.

Sacerdos præparato oleo Catechumenorum & Chrisma-te, simul & aqua cum sale ad ea abluenda, statuat obuersos sibi ad fontem patrinos cum fœmella versus occidentem: & interroget illos:

Vultis puerum leuare de sacro fonte? Chcecie to dziécie ze krztu podnieść? Wolt jr das Kind aus der Tauffe heben?	Respondeant patrini.	Volumus. Chcemy. Ja.

Sacerdos:	Nominetur puer. Miéncie dziécie. Nennet das Kind.	Respondeant Patrini.	N.

Et mox repetens idipsum nomen Sacerdos, interroget ipsam fœmellam.

N. Abrenuncias Sathanæ? N. Odrzekaß sie duchá złégo? N. Widersagstu dem Teuffel?	Respondeant Patrini.	Abrenuncio. Odrzekam. Jch widersage.

Quòd si adulta baptizetur, ipsa pro se hoc, & quæ sequuntur respondeat.

Sacerdos rursus interroget.

Et omnibus pompis eius? Y wßelkiéy pychy iego? Vnd aller seiner hoffart?	Resp:	Abrenuncio. Odrzekam. Jch widersage.

Sacerdos.

Et omnibus operibus eius? Y wßystkich spraw iego? Vnd allen seinen wercken?	Resp:	Abrenuncio. Odrzekam. Jch widersage.

Deinde

Deinde Sacerdos dicat: Nominetur puer. / Miencie dźiecię. / Nennet das Kind. — Respondeant Patrini. N.

Tunc interroget de fide baptizandum dicens:

N. Credis in Deum patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ? Resp: Credo.

N. Wierzyß w Bogá oycá wßechmogącego / ſtworzyćielá niebá y ziemie? Resp: Wierze.

N. Glaubſtu in Gott den Vater allmechtigẽ / Schöpffer Himmels vnd der Erden? Resp: Ich glaub.

Sacerdos.

Credis in Iesum Christum filium eius vnicum Dominum nostrum, natum, passum, sepultum, qui tertia die resurrexit à mortuis, ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Inde venturus est iudicare viuos & mortuos? Resp: Credo.

Polon: Wierzyß y w JEzuſá Chryſtuſá ſyná iego iedynego / páná náßego / národzonego / vmęczonego / pogrzebionego / ktory trzećiego dniá zmartwych wſtał / wſtąpił ná niebioſá / śiedźi ná práwicy Bogá oycá wßechmogącego: ztąd że przydźie ſądźić żywé y martwé? Resp: Wierze.

Germ: Glaubſtu auch in Jeſum Chriſtum ſeinen einigẽ Son / vnſern Herrn / der geboren / gelitten / geſtorben / begraben / vnd am dritten tage aufferſtanden von den todten / gen Hũmel gefahren / ſitzet zur rechten Hand Gottes des Allmechtigen Vaters / von dannen er kommen wird zu richten die lebendigen vnd die todten? Resp: Ich glaube.

Sacerdos.

Credis in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam Catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & vitam æternam? Res: Credo.

Polo: Wierzyß też w Duchá świętego / święty powßechny ko-

ściol Krześciiánſki / świetych obcowánie grzéchów odpuſzczenié / ćiáłá zmartwychwſtánié / y żywot wieczny ? Reſp: Wierzę.

Germ: Glaubſt du an den Heiligen Geiſt / eine Heilige allgemeine Chriſtliche Kirche / die gemeinſchafft der Heiligen / vergebung der Sünden / aufferſtehung des Fleiſches / vnd ein ewiges Leben ? Reſp: Ich glaube.

Sic finita Catecheſi, Sacerdos intincto indice manus dextræ in oleum S. Catechumenorum, liniat pectus baptizandæ (quam Patrini ipſi apto modo collocatam teneant) in formam crucis dicens: Ego te linio oleo ſalu ✠ tis. Et mox fœmellæ pronæ ſubijciens manum ſuam ſiniſtram, faciat aliam crucem eodem oleo inter Scapulas ſubiungendo: In Chriſto ✠ Ieſu Domino noſtro, in vitam æternam. Amen.

Eadem fœmella in manibus Patrinorum debitè compoſita, iterum de nomine eius interroget dicens:

Sacerdos: Nominetur puer. / Miencie dźiécie. / Nennet das Kind. — Reſpondent Patrini. N.

Repetat ter. N. Vis baptizari? N. Chceſz bydź okrzczon? N. Wiltu getaufft werden? — Reſpondent Patrini. Volo. / Chce. / Ja ich wil.

Tunc ſuppoſita fœmellæ ſiniſtra manu, dextra de fonte aquam hauriat, & fundat ſuper caput fœmellæ, in manibus Patrinorum poſitæ, tribus vicibus, dicens: N. Ego te baptizo in nomine Pa ✠ tris, fundat ſemel: & Fi ✠ lij, fundat ſecundò: & Spiritus ✠ ſancti, fundat tertiò, Amen. Pax tecum. Reſ. Et cum ſpiritu tuo.

Tunc Sacerdos, pollice dextro in Chriſmate intincto, in vertice fœmellæ faciat ſignum Crucis dicens:

Orémus. Deus omnípotens, Pater Dómini noſtri Ieſu Chriſti, qui te regeneráuit ex aqua, & Spíritu ſancto, quique

dedit

dedit tibi remiſſiónem ómnium peccatórum tuórum; ipſe te líniat Chríſmate ſalútis, in Chriſto Ieſu ✠ Dómino noſtro, in vitam ætérnam. Amen.

Mox ponat caputium præparatum ſuper caput fœmellæ dicens:

Accipe veſtem cándidam, ſanctam, & immaculátam, quam pérferas ſine mácula, ante tribúnal Dómini noſtri Ieſu Chriſti: vt hábeas vitam ætérnam, & viuas in ſécula ſeculórum. Amen. Pax tecum. Et cum ſpíritu tuo.

Tunc Patrinus vel matrina tenens, leuet à fonte fœmellã, vel etiam adultam: alter verò, ſi adeſt, eandem tunc tangat: Hoc enim ſigno contrahitur cognatio vera ſpiritualis, de quã moneantur his verbis.

Admoneo vos, de vinculo cognationis ſpiritualis, cum hac filia ſpirituali, eiuſq; parentibus contracto: ſimul & officij veſtri; vt deficiente cura parentum carnalium, fœmella hæc opera veſtra, in fide Catholica, & moribus Chriſtianis, ad vſum propriæ rationis inſtituatur. Reliqui autem, qui pietatis vel honoris cauſa hîc aſtiterunt, non erunt ad prædicta obligati.

Polon: Vpominam was o zwiąſku powinowáctwá duchownégo / którégoście z tą duchowną córką ſwoią / y z iéy rodzicámi/nábyli. Tákże o powinności wáßéy: gdzieby ná cieleſnych rodzicách zeßło / áby tá krzeſná córká/ſtárániem wáßym / ábo iednégo z was / w wierze Powßechnéy / y pobożności Krześcijáńſkiey/ byłá wyćwiczoná. Inßé perſony / które tu przy tym dla nabożeńſtwá ábo vczćiwośći ſtáły/ zoſtáwáią od tych powinności wolné.

Germ: Ich ermane euch / wegen der verbůndnus der Geiſtlichen Freundſchafft / welche geſchehen iſt jetzunder zwiſchen euch/ ewrer geiſtlichen Tochter / vnd jhren Eltern: auch wegen des Ampts halben/ welches jr ſchůldig zu thun ſeid: Das / ſo die Eltern mit Tod abgiengen / das jhr dieſe ewre geiſtliche Tochter (ſo viel als euch můglich iſt) vnterrichtet im Chriſtlichen Glau-

 ben/ ſo

ben / so wol auch in andern Christlichen tugenden: Die andern aber/welche allhie aus andacht/oder zu ehren der heiligen Tauffe beystehen/ werden solcher pflicht frey vnd ledig sein.

Deinde Sacerdos candelam accensam porrigit in manum, vel si non est expedita, super pectus infantis, patrino vel matrina eam tenente, & dicat:

Accipe lámpadem ardéntem inextinguíbilem: custódi baptísmum tuum: serua mandáta Dei: vt cùm Dóminus ad núptias vénerit, possis illi occúrrere, vna cum ómnibus sanctis, in aula cœlésti: habeasque vitam ætérnam, & viuas in sécula seculòrum. Amen.

Postea dicat Sacerdos ad libitum Euangelium S. Ioannis.

In princípio erat verbum,& verbum erat apud Deum,& Deus erat verbum. Hoc erat in princípio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil,quod factũ est. In ipso vita erat: & vita erat lux hominum: & lux in ténebris lucet: & ténebræ eam non comprehendérunt. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioánnes. Hic venit in testimónium,vt testimónium perhibéret de lúmine:vt omnes créderent per illum. Non erat ille lux: sed vt testimónium perhibéret de lúmine. Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum. In mundo erat,& mũdus per ipsum factus est: & mundus eum non cognóuit. In própria venit: & sui eum non recepérunt. Quotquot autem recepérunt eum, dedit eis potestátem filios Dei fieri: his qui credunt in nómine eius. Qui non ex sanguínibus, neq; ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri, sed ex Deo nati sunt. ET VERBVM CARO FACTVM EST. Et habitáuit in nobis.Et vídimus glóriam eius, glóriam quasi vnigéniti à patre, plenum grátiæ & veritátis.

Quo finito, subiungat dicens: Vade in pace: & Dóminus

custodiat

custodiat te ab omni malo. Amen. Impositio autem infantis super altare, sapit superstitionem: ideò paulatim saltem ex vsu est eliminanda.

Curandum est postea, vt dies huius Baptismi, nomenque baptizantis, & baptizatæ, simulq; patrinorum, in libro in Ecclesia diligenter asseruando, inscribatur.

INFORMATIO DVOS VEL plures simul baptizandi.

QVamuis baptismus singulis ministrari debeat: si tamen vrgens vel rationabilis necessitas, duos vel plures simul baptizare cogeret; conficiant sibi Parochi talis baptismi formulam, (quam hîc, ne volumen nimis excrescat, omittimus) ex vtraque præcedenti concinnatam: hoc seruato, vt numerus singularis, tam suscipientis, quàm Diaboli, quoties eorum venit mentio, semper commutetur in pluralem. Et si suscipientes fuerint masculi, vel masculi & fœmellæ, applicentur orationes & Exorcismi masculorum: si verò fœmellæ, tunc vtendum est Exorcismis fœmellæ. Omnes tamen Cæremoniæ, quæ fiunt per applicationem, vt inflatio, benedicti salis impositio, linitio, debent sub vna & communi verborum prolatione, singulis ex ordine administrari. Quod maximè seruandum erit circa fontem, vbi Catechesis & abrenuntiatio (expressis tamen singulorum suscipientium nominibus) poterit plurium simul expediri. Vnctio verò olei, & reliqua omnia, vsq; ad finem, iuxta formulam, singulis seorsim sunt applicanda. De Patrinorum admissione, susceptione, admonitione, iuxta regulam suprà dictam, tum etiam in librum inscriptione, cauendum erit, ne talis pluralitas, aliquam pariat confusionem & errorem.

INFIRMI BAPTIZANDI BREVIOR FORMVLA.

SI suscipiens infans, vel adultus, fuerit infirmus, vel ita debilis, quòd sine periculo tota baptismi formula expediri non posset: tunc Sacerdos ante omnia dicat sequentem orationem.

Orémus. MEdélam tuam déprecor Dómine sancte Pater omnípotens ætérne Deus, qui súbuenis in perículis, qui témperas flagélla dum vérberas. Te ergo Dómine supplíciter exorámus, vt hunc(hanc) fámulum(lam) tuum(tuam) éruas ab hac infirmitáte, vt non præuáleat inimícus vsque ad ánimæ tentatiónem; sed sicut in Iob términum ei pone, ne inimícus de ánima ista siue redemptióne Baptísmatis incípiat triumpháre. Differ Dómine éxitum mortis, & spátium vitæ exténde, & réleua, quem(quam) redímere gloriâris; vt Baptísmi sit in illo(illa) palma, non mortis; vt gloriósum semper báiulet, quod accéperit, signum crucis. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Deinde ante ingressum Ecclesiæ, omissis reliquis, ea tantùm dicat, quæ pertinent ad insufflationem, crucis consignationem, salis impositionem, luto linitionem. De Exorcismis autem dicat semel tantùm: *Ergo maledicte Diabole &c.* Deinde Exorcismum; *Exorcizo te immunde spiritus &c.* addita Oratione.

Orémus. Ætérnam ac iustíssimam pietátem tuam déprecor Dómine sancte Pater omnipotens, ætérne Deus, lúminis ac veritátis auctor, super hunc(hanc) fámulum (lam) tuum(tuam) N. vt dignéris eum (eam) illumináre lúmine intelligéntiæ tuæ: munda eum(eam)& sanctífica, & da ei sciéntiam veram, vt dignus(na) efficiátur accédere ad grátiam Baptísmi tui, teneatq; firmam spem, consílium rectum, doctrínam sanctam, vt aptus(ta) sit ad percipiéndam grátiam Baptísmi tui. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sécula seculórum Amen.

Apud

I. Apud fontem autem reliqua integrè expediat. Quòd si nec prædicta fieri poſsint, præmittat Sacerdos hanc Orationem, *Æternam ac mitiſsimam pietatem tuam, &c.* Poſtea dicto vnico Exorciſmo, inducat puerum in templum. Et ſi Catechiſmus & abrenuntiatio præmitti non poteſt, faciat inunctionem Catechumenam. Si nec iſtam periculum patitur; explorata baptizandi voluntate, ablutionem cum forma expediat, & Chriſmate inungat. Si aqua fontis Sacri haberi non poteſt, & Chriſma ſuppetat, benedicatur aqua ad talem baptiſmum, forma breuiori ſuprà poſita. Si nec talis aqua confici poteſt, omnibus reliquis omiſsis, perficiatur baptiſmus aqua ſimplici elementari. Notandum tamen, quòd vbi talis ſuſcipiens conualuerit, ſupplenda eſſe, præter ablutionem, ejusque formam, ea, quæ erant omiſſa. Licèt enim in Exorciſmis & Orationibus denuò imprecetur donum gratiæ ipſius baptiſmi, & effugatio Dæmonis, quæ præcedens baptiſmus iam contulit; tamen iſta referenda ſunt ad augmentum talis gratiæ & liberationis. Dicit enim Auguſtinus: Regenerationis gratiam, quæ per ſacrum lauacrum datur, vſque ad finem vitæ cuncta mala purgare & ſanare.

DE BAPTIZATIS AB HÆRETICIS.

SI infans natus & educatus eſt inter hæreticos & ſchiſmaticos eos, qui fidem SS. Trinitatis prorſus negant, vel peruertunt quales plerumque etiam in intentione Eccleſiæ deficiunt, (niſi teſtimonijs diuerſum conſtet) certò conijcitur, talem non fuiſſe baptizatum. Habita igitur certitudine, baptizandus eſt talis, forma conſueta abſoluta. Si res erit dubia, quòd materia, forma, intentio, vel aliquod horum deſit; baptiſmus conditionali forma erit miniſtrandus. Quòd ſi certò conſtabit, Ruthenos, Armænos, vel molliores hæreticos in fide SS. Trinitatis ab Eccleſia Catholica non diſcordes, aliquem baptizaſſe, cùm materia, & forma eſſentialiter non diſcrepent, intentionem quoque Chriſtianam habeant;

talis

talis non eſt rebaptizandus: ſed tantùm cæremoniæ omiſſæ, vel præcipuæ, prout ratio, & opportunitas feret, ſuppleantur: vt ſuperiori capite dictum eſt.

DE BAPTISMO fœtus vterũ egredientis, monſtrorum, amentium, & de reliquis baptiſmi caſibus, require regulas ſuperiùs in Inſtructione Baptiſmi poſitas.

DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS.

EPiſcopi quidem proprium eſt Confirmare. Sed quia Sacerdos curatus debet Confirmatos præſentare; non erant hoc quoque loco præcipui de hoc Sacramento caſus omittendi.

DE MATERIA CONFIRMATIONIS.

MAteria huius Sacramenti, eſt Chriſma ab Epiſcopo conſecratum. Chriſma autem conficitur ex oleo oliuæ, & Balſamo. Ideò vnum ex his abſque altero non eſt materia huius Sacramenti. Quia tamen de vero Balſamo, in remotis regionibus multa dubia moueri ſolent; rationabilior ſententia eſt, in eius defectu ex ſpeciali Papæ diſpenſatione, poſſe tali oleo, chriſmali forma benedicto, conferri Confirmationem. Quamùis poſtea nacta copia Chriſmatis, conueniat eius omiſſam vnctionẽ, non iterando ipſum Sacramentum, cautè ſupplere: vt habetur Cap: Paſtoralis, de Sacramentis non iterandis. Et apud Caietanum 3. Parte quæſt: 72. art. 2. Chriſma autem, ſicut & ad Baptiſmum debet eſſe nouum illius anni. Si quis veteri confirmaret, teneret quidem ſacramentum, ſed conſecrans peccaret mortaliter. Quòd ſi Chriſma exſiccari contigerit, modò ſubſtantia ſicca remaneat, poteſt illi affundi de oleo oliuarum recenti, & tenebit ſuum vigorem: vt etiam in

aqua

aqua benedicta receptum morem habet Ecclesia. Porrò Apostoli confirmabant impositione manuum, ad denotandas primitias Spiritus, sibi visibiliter, & quasi per manus traditas. Eorum successores, ex Ecclesiastica traditione, idipsum vnctione perficiũt, chrismatis vim plenius exprimentes, ex barba authoritatis Apostolicæ, quasi in oram successionis Pastoralis defluentem.

DE FORMA CONFIRMATIONIS.

VErba Formæ sunt ista: *Consigno te signo Crucis, & linio te oleo salutis: in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Cuius variatio si contigerit, ex Regulis circa formam Baptismi positis, debet æstimari. Hæc dicendo, debet pollice, Chrismate imbuto, liniri nuda frons, quia est sedes pudoris, & animositatis: ad denotandum, quòd suscipiens, qui per baptismum factus est membrum Christi, per Confirmationem, suscepto Charactere & robore spirituali, crescat & euadat miles Christi: vt semper & vbique non neget, sed profiteatur fidem Christi, & contra Sathanam & hostes spirituales fortiter depugnet. Ideò suscipit alapam, vt susceptam cum Christo ignominiam Crucis, de hoste suo Sathana, eam quasi vindicet: simulque imprimat memoriæ susceptionem huius sacramenti, ad eius iterationem deuitandam.

DE MINISTRO CONFIRMATIONIS.

MInister Confirmationis est Episcopus in sua Diœcesi, vel in aliena ex consensu Diœcesani. Adeò, vt nec Metropolitanus visitans suos Suffraganeos, possit absque illorum voluntate confirmare: vt innuitur 16. q. 1. Cap. Interdicimus. Quamuis si confirmet, teneat Sacramentum. Simplex autem Sacerdos omninò non potest confirmare; nisi ex singulari Papæ, tempore defectus Episcoporum, dispensatione.

DE

22

DE SVSCIPIENTE Confirmationem.

SVſcipiens cuiuſcunque ſexus, de neceſsitate. Primò debet eſſe baptizatus: alioqui non teneret Sacramentum. Secundò, debet ſaltem vtcunque habere ætatem diſcretionis: quàmuis etiam pueris data Confirmatio valeret, ſed effectus non haberet integros. Tertiò, in peccato mortali exiſtens, ſi non poteſt confiteri, ſaltem habeat contritionem, ſeu dolorem cum propoſito, ſecundùm opportunitatem confitendi: aliâs peccaret: & perciperet quidem ſacramentum, ſed non rem ſacramenti .i. effectus, donec remoueret talem obicem. Ex decentia autem conuenit primò, vt habeat Patrinum; qui & ipſe ſit confirmatus. Patrinorum autem numerus, & cognatio eadem eſt, quæ ſuprà in Patrinis Baptiſmi. Secundò ſit ieiunus, ſi fieri poteſt, vel vbi eſt conſuetudo. Tertiò habeat vittam lineam mundam, quæ inunctioni ſuperligetur: quæ vbi feruor deuotionis, vel conſuetudo patitur, debet retineri per 24. horas, vel per aliquod tempus. Vbi verò indecentia ſperaretur, vt ferè fit; ſatiùs erit illicò per ſacerdotes abſtergere, & linteola illa comburere. Denique, hoc Sacramentum, ſimpliciter non eſt ad ſalutem neceſſarium: multi enim ſancti, ſine illo decedunt. Sed ſi quis ex electione vel contemptu illud non ſuſciperet, cùm poſſet; peccaret mortaliter, & damnaretur, niſi pœniteret.

Porrò, ante ipſam Confirmationem, præmoneat de illa Parochus populum, vt ſeſe modo præmiſſo ad illam præparet, & præparatus accedat. Prouideat etiam, vt ſine tumultu & irreuerentia res peragatur. Commodùm autem erit conferentem ſic collocari, vt per vnam partem paucìſsimi accedere, & per aliam rurſus diſcedere poſsint. Moneantur denique, ne ex Eccleſia ſine gratiarum actione (quam Parochus breuiter omnibus præfari poterit) & ſine Pontificali benedictione diſcedant.

DE

DE SACRAMENTO MATRIMONII.

SAcerdotalis Romani methodum ſecuti, ponimus hoc loco Sacramentum Matrimonij, ex duabus rationibus. Prima, quòd propagationem Eccleſiæ ſpiritualem, quæ fit per Baptiſmum & confirmationem, iure ſuo ſequitur propagatio carnalis, quæ matrimonio perficitur. Altera ratio: quia reliqua ſacramenta habebunt ſuam cohærentiam, vſque ad eos tractatus, qui in fine libri ſunt conſtituendi.

SVMMARIA DOCTRINA, de Matrimonio: eiuſq; Definitio, & Cauſæ.

PRimò: Matrimonium eſt ſacramentum indiſſolubilis coniunctionis viri & vxoris, ad filiorum procreationem. Secundò: Cauſa efficiens matrimonij, eſt ipſe conſenſus per verba (vel ſigna in mutis vel ſurdis) de præſenti expreſſus. Tertiò: Materia, ſunt ipſæ perſonæ contrahentes, & earum externi actus, per quos indicant conſenſum, vel mutuam corporum traditionem. Quartò: Forma, ſunt verba exprimentia ipſum conſenſum & traditionem. Quintò: Effectus, eſt gratia ad vſum matrimonij legitimũ, & prolis procreationem, piamq; educationem: & ipſius matrimonij indiſſolubile vinculum. Sextò: Miniſtri vicem ante Concilium Tridentinum poterant ſupplere ipſi inter ſe contrahentes: Nunc verò requiritur Sacerdos proprius, vel alius permiſſu proprij, vel Epiſcopi, cum duobus ad minus teſtibus. Quod tamen Decretum, in hac Prouincia, nondum eſt in foro fori publicatum. Septimò: Suſcipientes ſunt, vir 14. annorum: fœmina autem 12. annorum ad minus: & qui non ſint impediti aliquo impedimento Canonico, de quibus mox dicetur.

DIVISIO.

IN Matrimonio quoque notandæ ſunt ſequentes diſtinctiones.

Primò diuiditur in ſponſalia, quæ fiunt mutua promiſsione ſuo tempore contrahendi, per verba de futuro. Et in matrimonium, quod fit per verba ſignáue de præſenti.

Secundò: Matrimonium autem de præſenti, vel eſt inter non baptizatos, quod propriè vocatur Coniugium: eſtq; ſolùm naturæ contractus, vt dixi, per verba vel ſigna de præſenti, exprimentia conſenſum mutuum tradentium inuicem ſui dominium ad prolis procreationem. Vel eſt inter baptizatos: Et hoc non ſolùm eſt contractus naturæ; ſed pariter ſacramentum, ſignificans Chriſti coniunctionem cum Eccleſia, & dans gratiam coniugatis, ad effectus feliciùs conſequendos. Quod ideò vocatur Matrimonium ratum, ſicut illud non ratum.

Tertiò: Rurſus, Matrimonium Ratum, aut eſt ratum tantùm per verba de præſenti, ſed non conſummatum, per ſubſequentem copulam: aut ratum & conſummatum, quod eſt indiſſolubile.

Quartò: Diſtinguitur inſuper Matrimonium, in verum vel fictum. Verum, autem in validum, & non validum. Et validum, in legitimum, & illegitimum: tum abſolutum & conditionatum. Et alias differentias patitur, ex parte verborum, vel conſenſuum, vel perſonarum: quæ, quoniam compendium excedunt, ex Canoniſtis, & Summiſtis erunt peritioribus petendæ.

De impedimentis Matrimonii.

Impedimenta autem Matrimonij, quæ Matrimonium impediunt contrahendum, & dirimunt iam contractum, ſunt 12. & in his verſibus continentur, videlicet:

Error, conditio, votum, cognatio, crimen:
Cultus diſparitas, vis, ordo, ligamen, honeſtas:
Si ſis affinis, ſi fortè coire nequibis:
Hæc ſocianda vetant connubia: facta retractant.

Primùm impedimentum eſt Error: quod tripliciter poteſt occurrere. Primùm in perſona: vt ſi credatur contrahi cum Martino matrimonium, & contrahitur cum Petro. Et hoc nullum eſt. 29. q. 1.

ca. His

ca. His ita. Secundo modo erratur in fortuna: vt ſi quis credit contrahere cum diuite, & contrahit cum paupere. Tertio modo in qualitate: vt ſi credat contrahere cum filia regis, vel alia perſona nobili, & contrahit cum ruſtica. Vel credit contrahere cum virgine, & contrahit cum meretrice. Et in iſtis duobus vltimis, talis error non impedit matrimonium. Secundum impedimentum eſt Conditio: quando qui liber eſt, contrahit ignoranter cum ſerua: vel libera cum ſeruo: & tunc nullum eſt Matrimonium; niſi cognita conditione de nouo contrahant, vel conſentiant. Error tamen deterioris conditionis impedit, & non paris vel melioris: vt ſi ſeruus contrahit cum ancilla, quam credebat liberam: vel cum libera, quam credit ancillam: De coniu. ſeruo. ca. Propoſuit. & 29. q. 1. §. 1. Tertium impedimentum eſt. Voti. Duplex eſt autem votum, ſ. ſimplex, & ſolenne. Votum ſimplex impedit matrimonium contrahendum; ſed non dirimit contractum. Votum verò ſolenne, quod eſt per ſuſceptionem ſacramenti ordinis, ſ. ſubdiaconatus, vel emiſsionem profeſsionis tacitæ vel expreſſæ, in aliqua religione approbata, impedit Matrimonium contrahendum & dirimit iam contractum. Qui cleri. vel vo. ca. Meminimus. & ca. conſuluit. & c. inſinuatione. De voto & vo. re. c. Quod votum lib. 6. Et tales contrahentes ſunt excommunicati. De conſan. & affi. ca. Eos qui, in cle. de conſang. & affi. ca. vlt. Quartum impedimentum eſt Cognationis, quæ eſt triplex. ſ. carnalis, ſpiritualis, & legalis. Prima eſt conſanguinitas, quæ impedit Matrimoniũ vſq; ad quartum gradum incluſiuè: & tales ſimiliter ſunt excõmunicati, ſi contrahunt: & matrimonium eſt nullum. eo. cap. Eos qui. Si verò vnus attineat alteri in tertio vel quarto gradu, & alius in quinto, contrahere poſſunt: quia ſemper ſtandum eſt remotiori perſonæ in conſanguinitate. Ex conſtitutione verò Synodi Tridentinæ, ex fornicatione contracta affinitas, in primo & ſecundo gradu tantùm: poſtea contractum matrimonium dirimit. Cognatio ſpiritualis eſt compaternitas, quæ prouenit ex datione vel adminiſtratione ſacramentorum. Verbi gratia. Sacerdos baptizat puerum: & Martinus ſuſcipit eum de ſacro fonte: vterque eſt pater ſpiri-

24

tualis ipſius pueri: & compater patris & matris. Vnde ſuſcipiens puerum, nunquam poterit habere in matrimonium matrem eius: nec ipſam perſonam, quam tenuit, ſi fœmina ſit: nec vxor ſuſcipientis, poterit habere patrem pueri, licèt ipſa non ſuſceperit, ſed vir ſuus, & econtrà. Similiter filij patris carnalis & ſpiritualis, poſſunt contrahere matrimonium in ſimul. Similiter compater, poteſt filiam compatris accipere: niſi ſit illa, quam tenuit. Poteſt etiam aliquis habere duas commatres ſuccesſiue in vxores, ſi ante matrimoniũ effectæ ſunt commatres. Idem dicendum eſt de filio vxoris habito ex priori viro, & econtrà: quia mulier eum ſuſcipiens, non eſt commater viri ſequentis: & vir ſuſcipiens filium alicuius de alia vxore, non eſt compater ſequentis vxoris. Laicus baptizans aliquem, non poteſt contrahere cum matre eius. Sacra ſynodus Tridentina ſic conſtituit: vt vnus tantum ſiue vir, ſiue mulier, vel ad ſummũ vnus & vna, baptizatũ de baptiſmo ſuſcipiant: inter quos, ac baptizatum, & illius patrem & matrem, necnon inter baptizantem & baptizatum, baptizatique patrem & matrem tantùm, ſpiritualis cognatio contrahitur. Et ſanxit præterea, vt parochus, antequàm ad Baptiſmum conferendum accedat, diligenter ab his, ad quos ſpectabit, ſciſcitetur, quem vel quos elegerint, vt baptizatum de ſacro fonte ſuſcipiant, & eum, vel eos tantùm ad eum ſuſcipiendum admittat: & in libro eorum nomina deſcribat: doceatq; eos, quam cognationem contraxerint: ne ignorantia vlla excuſari valeant. Quòd ſi vltra deſignatos baptizatum tetigerint, cognationem ſpiritualem nullo pacto contrahant. Cognatio autem ſpiritualis ſolùm contrahitur per baptiſmum, vel confirmationem. Catechiſmus, qui baptiſmo tanquam exordium eſt, cognationem ſpiritualem inducit: & licèt impediat Matrimonium contrahendum, non tamen dirimit contractum. De cogna. ſpiri. cap. Catechiſmũ. lib. 6. Cognatio legalis eſt adoptio alicuius in filium vel filiam. Vnde talis adoptatus: quàmdiu durat adoptio, non poteſt accipere filiam carnalem adoptantis, ſed benè poſt eius fractionẽ, quæ fit per emancipationem. Adoptans non poteſt aliquo tempore filiam adoptatam ducere in vxorem, nec etiam poſt emancipationẽ.

ff. de

ff. de Ritu nup. per adop. l. Adoptiuus, Item. l. qn etiam. eo. tit. Quintum impedimentum est criminis. Tria sunt crimina, quæ impediunt Matrimonium contrahendum, & dirimunt contractum. s. adulterans cum coniugata, & machinans in mortem viri, vel econtra, machinans in mortem vxoris effectu secuto. Secundò, si viuente viro eius, promittit adulteræ eam ducere in vxorem. Tertiò, si viuente legitima vxore, scienter adulteram superinducit in coniugium. Si verò nullus istorũ casuum interuenerit, potest eam ducere. De eo qui du. in matri. quam pol. per adul. ca. Propositum. ca. Super hoc. & c. sequenti. eo. ti. Sextum impedimentum est disparitas cultus. Vnde fidelis non potest contrahere cum iudæa vel pagana. Potest tamen contrahere sponsalia, si infidelis promittit conuerti ad fidem. Si autem alter coniugum conuertitur ad fidem ex iudaismo vel paganismo: & alter remanet infidelis, si potest sine iniuria creatoris fieri, possunt simul habitare. Si autem periculum est, quòd infidelis fidelem ad infidelitatem vel peccatũ mortale trahat: soluitur matrimonium. Idem dicendum de lapsis in hæresim. Si iudæus contraxit cum consanguinea, conuersus ad fidem, potest remanere cum ea: nisi in gradibus diuina lege prohibitis. Paganus habens plures vxores, conuersus ad fidẽ potest retinere solam primã. de diuor. ca. Quan. Leui. 18. Septimum impedimentum est Violentia, quæ excludit consensum, si tamen est talis, quæ cadat in constantem virum: sicut metus mortis, verberum, & seruitus, & metus stupri. Et si mulier steterit cum viro per annum cum dimidio: & consenserit in carnalem copulam, nõ debet audiri: aliâs matrimonium non valet. Octauum impedimentum est Ordinis, quia ordines subdiaconatus & superiores impediunt Matrimonium contrahendum, & dirimunt iam contractum, & est excommunicatio latæ sententiæ contra tales. Qui cle. vel vo. ca. De diacono, in fi. & ca. Ex literarum. de consan. & affi. ca. Eos qui cle. Nonum impedimentum est Ligaminis: vnde nullus, qui legitimè nupserit, potest viuente prima vxore aliam accipere. Et si inter eos fuerunt sponsalia de futuro, similiter non potest cum alia de futuro contrahere sponsalia. Si autem cum alia contrahit per

verba de præſenti, vel de futuro, & ſequitur copula carnalis, ſtabit cum ſecunda; etiam ſi cum prima ſponſalia de futuro fuiſſent iuramento firmata. Si alligatus eſt vxori,& non eſt ſecuta carnalis copula; poteſt ea inuita religionem intrare; non tamen ſi ſecuta eſt carnalis copula. Vxor credens maritum mortuum,ſi nubat, quàm diu eſt in tali credentia,excuſatur. Si autem primus maritus redierit; cum ipſo tenetur redire & manere: aliâs adultera cenſebitur. De ſecun. nup. c. Dominus. 27. q. 1. c. Qui deſponſatam. Decimum impedimentum eſt publicę honeſtatis iuſtitia: quæ eſt,quando aliquis aliquam mulierem deſponſat exiſtentem annorum 7. & ſuprà: qui licèt eam non cognoſcat carnaliter; nullus tamen de cõſanguinitate ipſius mulieris poteſt eam ducere in vxorem; nec ipſe aliam de conſanguinitate ipſius. De deſpon. impu. c. iuuenis: & c. ad audientiam.eo.ti.Sed iuſtitiæ publicę honeſtatis impedimentum, vbi ſponſalia quacunq; ratione valida non erunt, ſancta Synodus Tridentina prorſus tollit: vbi autem valida fuerint,primum gradum (inquit) non excedant. Vndecimum impedimentum eſt Affinitatis: quod eſt,quando aliquis aliquam mulierem carnaliter infra clauſtra pudoris & completè cognoſcit. Talis mulier efficitur affinis omnium conſanguineorum ipſius, & ipſe efficitur affinis omnium mulierum conſanguinearum dictæ mulieris,vſq; ad quartum gradum incluſiuè. Et moriente conſanguineo, quo contrahitur affinitas, perſona quæ ſuperuiuit,remanet affinis. De conſan. & aff. c. Quod ſuper his. Duodecimum impedimentum eſt, Impotentia coeundi, quæ eſt duplex, ſ. naturalis & accidentalis. Naturalis, vt frigiditas in viro: & arctatio in muliere: & defectus ætatis in puero. Accidentalis, vt caſtratio, & maleficiatio. Impotentia naturalis, alia temporalis, alia perpetua. Temporalis impedit matrimonium per tempus quo durat: ſicut defectus ętatis in puero. Perpetua impedit contrahendum: & dirimit contractum. Arctatio in muliere medicina remoueri debet, vel actu matrimoniali amouenda: quæ ſi non valet remoueri, nullum eſt matrimonium. De fri. & male. c. Accepiſti. Si mulier arctata, ab vno cognoſci non poteſt, & poſtea ab alio cognoſcatur, reddenda eſt

primo. Accidentalis impotentia, siue castratio impedit. Maleficium autem si temporale est, non impedit. Si autem perpetuum est quod cognoscitur, si per triennium continuũ persistentes actui venereo non possunt se cognoscere; tunc impedit contrahendum, & dirimit contractum. Et hęc impedimenta intelliguntur esse, si præcesserit matrimonium.

IMPEDIMENTA MATRIMONII, quæ impediunt quidem contrahendum, sed non dirimunt contractum, sunt quinq;.

PRimum est Interdictum, seu prohibitio Ecclesiastica. Non enim licet nuptias benedicere & celebrare, à Prima Dominica Aduentus, vsque ad Diem Epiphaniæ: & à feria quarta Cinerum, vsque ad Dominicam in Albis, inclusiuè. Alijs omnibus temporibus licet, iuxta Concilium Tridentinũ, sess: 24. de Refor: Cap. 10.

Secundum est, Votum simplex castitatis.

Tertium, Sponsalia cum altera persona per verba de futuro.

Quartum, in Catechismo aliquem tenuisse.

Quintum, Crimen septuplex. 1. Vxoricidium. 2. Presbytericidium: (intellige vtrunq; voluntarium.) 3. Raptus alienæ Sponsæ. 4. Coniugium scienter cum moniali. 5. Proprij filij de fonte sacro susceptio, matrimonio insidiosa. 6. Incœstus cum consanguinea persona alterius coniugis. 7. Solennis Pœnitentia, quę tamen iam non est in vsu.

Inter raptorem & raptam, quàm diu manserit in potestate raptoris, nullum potest esse matrimonium. Et tenebit raptor, siue eam duxerit, siue non, eam dotare, vt habetur in Concilio Tridentino, sessione 24. de Reform: Cap. 6.

DE DIVORTIO ET REPVDIO Matrimoniali.

DIssolutio vinculi Matrimonialis, potest duobus modis intelligi. Vel quòad vinculum ipsum, vt desinat esse matrimonium: vel

um: vel quoàd thorum & cohabitationem tantùm. Quorum primum propriè Repudium: alterum verò Diuortium vocatur.

Repudium, seu totalis dissolutio Matrimonij, non habet locum inter fideles, iuxta legem Diuinam: Quos Deus coniunxit, homo non separet. Excipiuntur tantùm duo casus. Vnus in Matrimonio fideliũ rato, sed non consummato, per ingressum alterius coniugum in Religionẽ ab Ecclesia approbatam: tunc enim alter liberè cum alia persona contrahere potest. Alius casus. In matrimonio seu potius coniugio infidelium etiam consummato; sed quando vnus coniugum conuertitur ad religionem Catholicam: alterius autem non solùm deest spes conuersionis; sed non vult fideli cohabitare sine contumelia creatoris, vel inducit ad peccatũ mortale. Quando enim hæc benè sunt explorata, licet fideli, priora dimissa, aliam personam fidelem, ritu Catholico, matrimonio sibi copulare.

Diuortij autem seu separationis à thoro, sunt quinque causæ. Prima, Fornicatio carnalis, & violatio fidei Matrimonialis, quam Christus Dominus solam nominauit: quia hæc sola dat ius perpetuæ separationis & Diuortij, etiam post pœnitentiam fornicantis, si alter coniugum voluerit. Reliquæ causæ separant tantùm ad tempus, quo causæ eædem cessant. Secunda ergo causa Diuortij, est Fornicatio Spiritualis .i. hæresis, vel schisma pertinax, quandiu in illa permanserit. Tertia, Inimicitiæ capitales: si alter alteri palàm vel occultè necem machinatur. Quarta, mala & dura tractatio alterius coniugis. Quinta, si inducat ad peccatum mortale.

Caueat etiam diligenter Sacerdos, ne personas vagas matrimonio iungat, nisi habeat sufficientia testimonia, etiam ex alijs locis vbi degebãt, eas carere vel vinculo prioris matrimonij, vel alijs Canonicis impedimentis. Ideò denunciationes ternas sic faciat, vt præmoneat populum de impedimentis matrimonij, quæ in contionibus prudenter per occasionem erunt explicanda. Moneat etiam, vt contracturi matrimonium, aliquot antè diebus confiteantur & communicent: vt sic habiles reddantur, ad gratiã matrimonialem percipiendam: & Sacerdos habeat occasionem impedimenta matrimonij explorandi, & instruendi de pia inuicem cohabitatione.

MODVS

MODVS COPVLANDI MATRIMONIO.

Matrimonij Sacramentum debet in Ecclesia conferri. Excepto statu magnatorum & nobilium, maximè, qui in pagis degentes, Ecclesias remotas habent: quod tamen illis & aliis concedi non debet, nisi ex graui & vrgente impedimento, adhibito iudicio Lociordinarij, si commodè haberi potest.

Sponso igitur & Sponsa ante altare constitutis, Sacerdos superpilicio & stola indutus, ascendat ad infimum gradum altaris: & facto prius signo Crucis, præmittat de hoc Sacramento doctrinam, proprio Marte, vel ex formulis infra ponendis, quam auditoribus magis vtilem esse iudicauerit. Qua finita, si tempus & opportunitas feret, decantetur Hymnus: Veni Creator Spiritus: vel Antiphona, Veni sancte Spiritus: vel in defectu musicorum, dicat illam Sacerdos priuatim genuflexus, cum sua collecta: monendo Sponsos, & astantes, vt suis quoq; precibus gratiam Spiritus S. implorent. Deinde collocet Sponsum à latere ad suam dexteram, oculis versus meridiem: Sponsam autem ad sui sinistram, vt è regione sese inuicem aspicere queant: & cognitis illorum nominibus: dicat:

Vers. Adiutorium nostrum in nomine Domini:
Res. Qui fecit cœlum & terram.

Deinde interroget Sponsum:

Latinè.

N. Habesné bonam & non coáctam voluntátem, animumq; benè deliberâtũ, contrahéndi matrimónium, cum N. quam cernis præséntem? } Respondente. { Habeo.

N. Fatêre, si non spopondísti fidem matrimónij cuípiam álteri præter illam? } Respondente. { Nõ spopondi.

Polonicè.

27

Polonicè.

N. Masz dobrą á nieprzymuszoną wolą / y postánowiony vmysł/te N. ktorą tu przed sobą widzisz/ zá małżonkę sobie poiąć? Resp: Mam.

N. Nieślubowałżeś ktorey inszey / wiáry małżeńskiey? Resp: Nieślubował.

Germanicè.

N. Ist es nun dein freyer vngezwungener oder vngenötigter will/ vnd deine wolbedachte meinunge/diese N. hie gegẽwertig/ für dein Eheliches weib anzunemen? Resp: Ja.

N. Hastu auch einer andern deine eheliche trew zugesagt? Resp: Nein.

Deinde similiter interroget sponsam.

Latinè.

Eodem modo tu N. Habesné bonam & non coáctam voluntátem, animumq; benè deliberátum contrahéndi matrimónium cum N. quẽ cernis præsentẽ? Resp: Habeo.

N. Fatêre, si non præstitísti fidem matrimónij cuipiam álteri, præter illum? Resp: Nõ prę-stiti.

Polonicè.

Takżeyty N. masz też dobrą ánieprzymuszoną wolą / tego N. ktorégo przed sobą widzisz/ zá małżonká sobie poiąć? Resp: Mam.

N. Nieślubowáłażeś komu inému wiáry małżeńskiey? Resp: Nieślubowálá.

Germanicè.

N. Ist es auch dein vngedrungener oder vngenötigter wille/vnd deine wolbedachte meinunge/ diesen N. hier gegenwertig/ für deinen Ehelichen Mann anzunemen? Resp: Ja.

N. Hastu

N. Haſtu auch einen andern deine eheliche trew zugeſagt? } Reſp: { Nein.

Vtroq; illud affirmante, hoc verò negante, dicat Sacerdos.

Augeat in vobis Deus grátiam ſuam: & quod dícitis ore, ópere impleátis. Per Chriſtum Dóminum noſtrum Amen.

Loco arrharum, quas alibi ſolent ſibi inuicem tradere ſpōſi, accipiat ab eis ſacerdos anulos ad hoc præparatos: vel ſi deſunt; tunc ſerta ſeu coronas: & tenendo ea ſimul, ſic benedicat:

Orémus. CReátor & conſeruátor géneris humáni, dator grátiæ ſpirituális, cónditor ætérnę ſalútis: quæſumus, benedícere ✠ dignéris hos anulos, (vel has corónas) quos (vel quas) nos in nómine tuo ſancto benedícimus: vt qui eos (eas) portáuerint, in tua pace consíſtant, in tua voluntáte permáneant, & in tuo amóre viuant, creſcant, & ſenéſcant, atq; multiplicéntur in longitúdinem diérum. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c.

Deinde anulum ſponſæ, imponat in digitum penultimum dextrum ſponſi, & econuerſo: vel coronas ſimiliter commutando, imponat ſuper capita illorum, dicendo ſingilatim vtrique:

ACcipe ánulum (corónam) fídei matrimoniális, in nómine ſanctiſsimæ Trinitátis, vt illum (illam) portans, armêris virtúte cœléſtis defenſiónis, & profíciat tibi ad ſalútem ætérnam.

Poſtea iubeat illos iungere dextras, quas Miniſter inuoluat extremitate ſtolę in formā Crucis, manu ſua ſiniſtra ſuppoſita, & verba ſequentia de præſenti, quæ matrimonium cōſtituunt, iubeat ſingulos eorum poſt ſe integrè & cum expreſſo conſenſu dicere.

Prius ergo dicat Sponſo:

Ego N.

Ego N. recípio te N. mihi in vxôrem: & sanctè spóndeo tibi amôrem, fidem, & honôrem coniugálem: & quòd te non dimíttam, donec víxero: sic me Deus ádiuuet, & omnes Sancti eius.

Polonicè.

Mow zá mną. Ja N. biorę sobie ćiebie N. zá małżonkę: y ślubuięć miłość/ wiárę/ y vczćiwość małżeńską: á iż ćie nieopuszczę/ áż do śmierći. Ták mi pomoż Pánie Boże wszechmogący/ w Tróycy iedyny/ y wszyscy świeci.

Germanicè.

Sprich mir nach: Jch N. neme dich N. mir zu einem ehelichen Weib: vnd gelobe dir/die lieb/die trew/vnd die ehre: dich auch nicht zuuerlassen/ bis vns der Todt scheidet: so war als mir GOtt helff/ vnd alle seine liebe Heiligen.

Deinde similiter dicat ad Sponsam:

Ego N. recípio te N. mihi in marítum: & sanctè spóndeo tibi, amôrem, fidem, honôrem, & obediéntiam coniugálem: & quòd te non dimíttam donec víxero: sic me Deus ádiuuet, & omnes Sancti eius.

Polonicè.

Mów zá mną. Ja N. biorę sobie ćiebie N. zá małżonká: y ślubuięć miłość/ wiárę/ vczćiwość/ y posłuszeństwo małżeńskie: á iż ćie nieopuszczę/ áż do śmierći. Ták mi pomoż PAnie BOże wszechmogący/ w Tróycy iedyny/ y wszyscy świeci.

Germanicè.

Sprich mir nach. Jch N. neme dich N. mir zum ehelichen Mañ: vnd gelobe dir die liebe/ die trew/ die ehre/ vnd gebůhrlichen gehorsam: dich auch nich zuuerlassen/ bis vns der Todt scheidet: so war als mir GOtt helff/ vnd alle seine liebe Heiligen.

His peractis, alloquatur astantes Sacerdos, his vel similibus verbis:

Vos,

Vos, qui præsentes adéstis, in testes ássumo, si quando opus fúerit, vt reddátis testimónium, præsens matrimónium inter persónas istas, esse legítimè peráctum, & ab Ecclésia ratificátum.

Polonicè.

Was/ którzy sye temu przysłuchacie/ biorę ná świádectwo/ ieśliżby go kiedy było potrzebá/ abyście ie o dobrowolnym y porządnym tego małżeństwá skończeniu wydáli.

Germanicè.

Ihr/ die allhier gegenwertig seind/ neme ich an zum zeugnus: auff das/ so es etwan von nöten würde/ jr Zeugen sein möcht/ das diese gegenwertige Ehe/zwischen diesen personen volkömlich vollzogen/ vnd von der Kirchen bestetiget sey worden.

Postea dicat Sacerdos.

Quos ergo Deus coniúnxit, homo non séparet: Et ideò matrimónium inter vos contráctum, ego autoritáte Ecclésiæ Cathólicæ confírmo & benedíco, in nómine ✠ Patris, & ✠ Filij, & Spíritus ✠ sancti. Amen.

Polonicè.

Których tedy Bóg złączył/ człowiek niech nierozłącza. Przetóż ia niegodny sługá Boży/ złączam was wto święté małżeństwo: y ono mocą Kościelną potwierdzam y żegnam/ w Imię ✠ Oycá/ y ✠ Syná/ y ✠ Duchá świętego.

Germanicè.

Was GOtt zusammen gefüget hat/ das sol der Mensch nicht scheiden: Derohalben diese Ehe/ welche zwischen euch vollzogen ist/ ich/ als ein vnwirdiger Diener Gottes/ bestettige mit der macht der heiligen Katholischen Kirchen/ vnd segne dieselbige im Namen des ✠ Vaters/ des ✠ Sohns/ vnd des heiligen ✠ Geistes.

Deinde desponsatos ad altare conuersos iubeat genua flectere, dicendo super illos sequentem orationem.

Orémus. Propitiáre quęsumus Dómine supplicatiónibus nostris, & institútis tuis, quibus propagatiónem humáni géneris ordinâsti, benignus assíste: vt quod te autôre coniúnctum est, te auxiliánte seruêtur. Per Christum Dóminum nostrum Amen. Et benedíctio Dei omnipoténtis ✠ Patris, & ✠ Fílij, & ✠ Spíritus sancti, descéndat super vos & máneat semper. Amen. Ite in pace.

Si sponsa non fuerit vidua, vel in primis nuptijs benedicta, benedictio nuptiarum Canonica (nequaquam iteranda, sub censura suspensionis) fit in Missa de Sponso & Sponsa, ritu in Missali Romano descripto. Quòd si talis Missa non præcessit, & suscipientes affectant eiusmodi benedictionem, perficiat illam Sacerdos, vt sequitur.

Absoluta præterita Oratione: Propitiare quæsumus, &c. dicat Psalmum 127.

Beati omnes qui timent Dóminum: qui ámbulant in vijs eius. Labôres mánuum tuârum quia manducâbis: beátus es, & benè tibi erit. Vxor tua, sicut vitis abúndans in latéribus domus tuæ. Filij tui sicut nouéllæ oliuârum, in circúitu mensæ tuæ. Ecce sic benedicêtur homo, qui timet Dóminum. Benedícat tibi Dóminus ex Sion, & vídeas bona Hierusalém, ómnibus diébus vitæ tuæ. Et vídeas filios filiórum tuórum, pacem super Israël. Glória Patri, & Filio, & Spíritui sancto. Sicut erat in princípio, & nunc &c.

Deinde versum.

Ver: Saluos fac seruum & ancillam tuam:
Res: Deus meus sperantes in te.

Orémus. Omnípotens sempitérne Deus, qui primos paréntes nostros, bona societáte copulásti: benedic & sanctífica istos tui sacraménti fœdere desponsâtos, & sémina in eis semen vitæ ætérnæ: Corda eôrum tui sancti Spíritus munda infusióne, & syncéri amôris cópules nexu perpétuo. Angelo pa-

gelo pacis comitánte à mortífera Dæmonum infeſtatiône eos cuſtódias: & omnes mentis & córporis aduerſitátes ab eis repéllas: vt munímine tuo protécti, & te donánte, deuotè laudent nomen ſanctum tuum, quod eſt benedictum in ſécula ſeculôrum. Amen.

Orémus. DEus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob, ſit vobíſcum: & ipſe adímpleat benedictiónem ſuam in vobis: vt videátis fílios filiôrum veſtrórum, vſque ad tértiam & quartam generatiônem, & póſtea vitam ætérnam habeátis ſine fine, in ſécula ſeculôrum.

Demum concludat vt ſuprà: Et benedictio Dei omnipotentis, &c.

Curet Sacerdos, ad librum Eccleſię ad hoc peculiarem inſcribi nomina miniſtri, contrahentium ipſorum, & duorum ad minus ex aſſiſtentibus virorum: & hæc diligẽter aſſeruet.

Moneant ſacerdotes populum, vt ſponſalia non celebrentur, niſi impedimentis matrimonij probè examinatis. Ideò conſultius eſt, vt per parochum, vel ab eo deſignatum, vel ex eius conſilio, peragantur debita cum ſolennitate, ſecundùm locorũ conſuetudinem. Cauendum eſt autem, ne in traditione arrharum, vel anulorum, & in ipſa forma ſponſalium, proferantur verba fidei matrimonialis, de præſenti, ſed de futuro; promiſsionem ipſam ad matrimonij futuram Confirmationem referendo. Caſus autem ſponſalia diſſoluentes, paſsim ſunt obuij apud Summiſtas.

RITVS INTRODVCENDI mulierem in Eccleſiam poſt conſummatum matrimonium.

Sacerdos ſuperpilicio & ſtola indutus, ante limen Eccleſiæ muliere conſtituta, dicat.

Ver. Adiutórium noſtrum in nómine Dómini:
Reſ. Qui fecit cœlum & terram.

Deinde dicat Psalmum 66.

DEus misereátur nostri & benedícat nobis: illúminet vultum suum super nos, & misereátur nostri. Vt cognoscámus in terra viam tuam, in ómnibus géntibus salutáre tuum. Confiteántur tibi pópuli Deus, confiteántur tibi pópuli omnes. Læténtur, & exúltent gentes, quóniam iúdicas pópulos in æquitáte: & gentes in terra dírigis. Confiteántur tibi pópuli Deus, confiteántur tibi pópuli omnes: terra dedit fructum suum. Benedícat nos Deus, Deus noster, benedícat nos Deus, & métuant eum omnes fines terræ. Gloria patri, & filio, & spirítui sancto. Sicut &c. Deinde Psal. 127. Beati omnes &c. vt supra fol: 56.

Postea iubeat fœminam cum socijs, si adsunt, genuflectere: & ipse stans dicat:

Kyrieeleison, Christeeleison, Kyrieeleison. Pater noster &c.

Ver: Et ne nos inducas in tentationem:
Res: Sed libera nos à malo.
Ver: Saluam fac ancillam tuam:
Res: Deus meus sperantem in te.
Ver: Nihil proficiat inimicus in ea:
Res: Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
Ver: Esto ei Domine turris fortitudinis:
Res: A facie inimici.
Ver: Domine exaudi orationem meam:
Res: Et clamor meus ad te veniat.
Ver: Dominus vobiscum:
Res: Et cum Spiritu tuo.

Orémus. Prætende Dómine fámulæ tuæ déxteram cœléstis auxilij: vt te toto corde perquîrat, & quæ dignè póstulat, cónsequi mereâtur. Per Dóminum &c.

Tunc Sacerdos data in dextram eius extremitate stolæ, ducens eam in Ecclesiam, dicat:

Ingrédere in domum Dei,& adôra filium vírginis,qui tibi fœcunditátem prolis tribúere dignétur: ipsum, inquam, dóminum nostrum Iesum Christum, mediatôrem Dei & hóminum, qui cum Patre & Spíritu sancto viuit & regnat Deus in sécula seculórum. Amen.

Postea si fieri potest, audiat mulier Missam, gratiarũ actoriam, vel ad libitum. Qua finita, vel quamuis omittatur, ad altare genuflexam benedicat Sacerdos, dicens:

Orémus. Omnípotens sempitérne Deus, creátor cœli & terræ, qui ómnia de níhilo creâsti, quique Adam protoplâstum de limo terræ formâsti, & Euam illi in adiutórium dedísti, eisq; benedixísti dicens: Créscite & multiplicámini, & repléte terram. Ne respícias ad peccâta nostra, sed ad fidem Ecclésiæ tuæ: Et bene ✠ dícere dignéris hanc fámulam tuam, vnà cum maríto suo: Et da ei fœcunditátem sóbolis, atque de rore cœli, & de pinguédine terræ abundántiam. Benedic eis, tam in dómibus, quàm in agris, & vbíque: in iuméntis & pecóribus, omniq; possessióne & re familiâri. Et tandem omni pietâte, castitâte, & morum honestâte, ornátos, in timóre tuo, perduc eos ad vitam ætérnam. Per Christum Dóminum nostrum Amen. Et benedíctio Dei omnipoténtis, Patris ✠, & Filij ✠, & Spíritus sancti ✠, descéndat super te, & máneat semper.

Postremò aspergens illam aqua benedicta dicat:

Per huius aquæ aspersiônem, det tibi Dóminus grátiam & benedictiônem.

Quæ surgens offerat sacerdoti, quod sibi placet: & reuertatur domum in pace.

PRO FVGANDA STERILITATE mulieris, Deprecatio.

Mulier infœcunda, committendo sese diuinæ voluntati,

quæ ſæpè propter melius bonũ, prolem ſubtrahit: vbi etiam naturalia impedimenta ſterilitatis pro poſſe abſtulerit; confugiat ad Dei auxilium per orationem Eccleſiæ. Audita igitur & expedita Miſſa deprecatoria, vel qualem deuotio poſtulauerit: vel etiam ea omiſſa, vbi fieri non poſſit, genuflexam ante altare, ſic Sacerdos ſuperpiliciatus benedicat.

Ver. Adiutórium noſtrum in nómine Dómini:
Reſ. Qui fecit cœlum & terram.

Deinde dicat Canticum Annæ, 1. Reg: 2.

Exultáuit cor meum in Dómino, & exultátum eſt cornu meum in Deo. Dilatâtum eſt os meũ ſuper inimícos meos: quia lætâta ſum in ſalutâri tuo. Non eſt ſanctus vt eſt Dóminus: neque enim eſt álius extra te, & non eſt fortis ſicut Deus noſter. Nolite multiplicâre loqui ſublímia, gloriántes: recêdant vétera de ore veſtro: quia Deus ſcientiârum Dóminus eſt, & ipſi præparántur cogitatiónes. Arcus fórtium ſeparátus eſt, & infirmi accíncti ſunt róbore. Repléti priùs, pro pánibus ſe locauêrunt: & famélici ſaturâti ſunt: donec ſtérilis péperit plúrimos: & quæ multos habébat fílios, infirmâta eſt. Dóminus mortíficat & viuíficat, dedúcit ad ínferos, & redúcit. Dóminus páuperem facit & ditat, humíliat & ſúbleuat. Súſcitat de púluere egénum, & de ſtércore éleuat páuperem: vt ſédeat cum princípibus, & ſólium glóriæ téneat. Dómini enim ſunt cárdines terræ, & póſuit ſuper eos orbem. Pedes ſanctôrum ſuôrum ſeruábit, & impij in ténebris conticéſcent: quia non in fortitúdine ſua roborábitur vir. Dóminum formidábũt aduerſárij eius, & ſuper ipſos in cœlis tonábit: Dóminus iudicábit fines terræ, & dabit impérium regi ſuo, & ſublimábit cornu Chriſti ſui. Gloria Patri &c. Deinde ſubiungat.

Kyrieeleiſon, Chriſteeleiſon, Kyrieeleiſon. Pater noſter &c. Aue Maria &c.

Quibus dictis Sacerdos ſubiungat.

Ver: Et ne nos inducas in tentationem:
Reſ: Sed libera nos à malo.
Ver: Saluam fac ancillam tuam:
Reſ: Deus meus ſperantem in te.
Ver: Sint filij tui ſicut nouellæ oliuarum:
Reſ: In circuitu menſæ tuæ.
Ver: Domine exaudi orationem meam:
Reſ: Et clamor meus ad te veniat.
Ver: Dominus vobiſcum:
Reſ: Et cum Spiritu tuo.

Orémus. DEus, qui emórtuam vuluam Saræ, ita per Abrahæ ſemen fœcundâre dignátus es; vt ei contra ſpem ſóbolis filius naſcerétur: & ad preces Iſaac ſerui tui, vxóri eius ſtérili prolem cōtulîſti: præſta fámulæ tuæ N. pro ſua ſterilitáte deprecánti; vt mœrôrem infœcunditátis ab ea ſubmóueas: & ad concipiéndam ſóbolem ei fœcunditátem tríbuas: & filium, quem donáueris, cleménter benedícas. Per Chriſtum Dóminum nóſtrum. Amen.

Orémus. Maieſtátis tuæ cleméntiam Deus pater omnípotens ſupplíciter exorâmus: vt preces noſtras pro ſterilitâte fámulæ tuæ N. benígnus áſſumas: & ei prolem tibi & homínibus gratióſam concédere dignêris. Per Chriſtū D. n. A.

Vade in pace: & Deus Iſraël, det tibi petitiónem tuam, quam rogâſti eum.

Poſthęc aſpergat eam aqua benedicta: & doceat, vt quando poteſt dicat, vel dici faciat Pſal: 127. Beati omnes qui timent Dominum: & Pater noſter: & Aue Maria: & Credo in Deum &c. Et quòd honeſtè cum viro ſuo viuat, & pudicè actum matrimonialem exerceat.

INTRODVCTIO MVLIERIS IN Ecclesiam post partum.

RItus hic, authoritate veteris & nouæ legis, & ex antiquissima consuetudine in Ecclesia, hucusque conseruatus est: cuius aliquando à quibusdam intermissionem reprehendit S. Gregorius ad Augustinum Anglorum Episcopum: & Innocentius 3. vt habetur Distinct. prima Cap: si mulier. Et de Purif: mulieris, cap: vnico. Ad obseruationem tamen dierum Purificationis legalis, non sunt mulieres astringendæ. Sed postquam conualuerit puerpera, sistat sese cum accenso cæreo ante limen templi. Ibiq; Sacerdos superpilicio & stola indutus, eam benedicat dicendo:

Ver: Adiutorium nostrum in nomine Domini:
Res: Qui fecit cœlum & terram.

Deinde dicat Antiphonam.

Asperges me Domine Hyssopo, & mundabor. Lauabis me, & super niuē dealbabor. Miserere mei Deus secundùm magnam misericordiam tuam. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorum Amen. Lauabis me, & super niuem dealbabor.

Quo finito aspergat illam, dicendo:

Aspergat te Deus rore gratiæ suæ, in vitam æternam Amen.

Postea iubeat illam genuaflectere, dicendo:

Kyrieeleison, Christeeleison, Kyrieeleison. Pater noster &c. Aue Maria &c.

Ver: Et ne nos inducas in tentationem:
Res: Sed libera nos à malo.
Ver: Domine exaudi orationem meam:
Res: Et clamor meus ad te veniat.

Orémus.

Orémus. Omnípotens sempitérne Deus: Maiestátem tuam supplíciter exorâmus, vt sicut vnigénitus tuus cum carnis nostræ substántia, in templo est præsentâtus; ita fácias hanc fámulam tuam, suscépta prole purificátis tibi méntibus præsentâri. Per eundem Dóminum nostrum &c.

Deinde data in dextram eius extremitate stolæ, inducat eam in Ecclesiam dicendo:

Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum, ex hoc nunc & vsque in seculum.

Demùm super genuflexam ante altare dicat Psal: 115.

Crédidi, propter quod locûtus sum: ego autem humiliâtus sum nimis. Ego dixi in excéssu meo: omnis homo mendax. Quid retríbuā Dómino: pro ómnibus, quæ retríbuit mihi? Cálicem salutâris accípiam: & nomen Dómini inuocábo. Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo eius: pretiôsa in conspéctu Dómini mors sanctôrum eius. O Dómine, quia ego seruus tuus: ego seruus tuus, & fílius ancíllæ tuæ. Dirupísti víncula mea, tibi sacrificábo hóstiam laudis: & nomen Dómini inuocábo. Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli eius: in atrijs domus Dómini, in médio tui Hierusalém. Gloria Patri &c.

Ver: Saluam fac ancillam tuam:
Ref: Deus meus sperantem in te.
Ver: Mitte ei auxilium de sancto:
Ref: Et de Sion tuêre eam.
Ver: Nihil proficiat inimicus in ea:
Ref: Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
Ver: Esto illi Domine turris fortitudinis:
Ref: A facie inimici.
Ver: Domine exaudi orationem meam:
Ref: Et clamor meus ad te veniat.
Ver: Dominus vobiscum:
Ref: Et cum Spiritu tuo.

Orémus.

Orémus. Omnípotens sempitérne Deus, Pater Dómini nostri Iesu Christi, benedícere ✠ dignêris hanc fámulam, quæ ad imitatiónem sanctæ Maríæ vírginis sese cum gratiârum actióne purificándam in templo éxhibet: & concéde propítius; vt sicut illi prolis fœcunditâtem, & vires in templum tuum ingrediéndi contulísti; ita per intercessiónem eiúsdem immaculâtæ vírginis & matris, ab omni mentis & córporis contágio liberâtam, ad sancta sanctôrum pura fácias mente accédere: & post finem præséntis vitæ, templum cœléste introîre. Per eundem Christum Dñm nostrũ Amen.

Ver: Benedicamus Domino: Res: Deo gratias.

Benedictio Dei ✠ Patris, & ✠ Filij, & Spiritus ✠ sancti, descendat super te, & maneat semper. Amen.

Postremò detur illi osculum Crucis, vel reliquiarum si habentur: dicendo Ver: Dominus det tibi suam pacem. Res: Et vitam æternam Amen. Si voluerit mulier Missam pro se celebrari, conuenientius dicetur post inductionem in templum: & illa finita, dicatur Psalmus Credidi, & reliqua. fol. 63. Missa autem fiat ad libitum: Tamen aptissimè huic laudis officio congruit Missa in Purificatione B. Mariæ, quæ incipit: Suscepimus. Quæ si legatur, omittetur in Collecta, hodierna die. Qua finita, dimittetur mulier cum benedictione Domini in pace:

Solent delicatæ puerperæ, benedictionem post partum in domibus expetere. Quales formulas, quamùis in Sacerdotali Romano habeamus: ne tamen eapropter Ecclesiæ, & loca sacra, ipsaque dignitas sacerdotalis despiciatur; eas hîc non ponimus, nouã consuetudinem non inducendo. Si tamen contigerit puerperam deuotione flagrantem, elapso puerperij curriculo, præ infirmitate, vel alio rationabili impedimento, non posse ad Ecclesiam ire; re benè examinata, poterit sacerdos omissa in Ecclesiam introductione, simul & ijs, vbi Ecclesiæ introitus fit mentio, aspersione aquæ benedictæ, & aliqua ex orationibus in formula prædicta positis, illi benedicti-

benedictionem dare: admonendo, si conualuerit in tempore, ne introductionem in Ecclesiam prætermittat. Introductionem puerperæ, siue ipsius mortuæ, siue alterius viuæ pro illa; veluti praua abusione alicubi inductam, & alias, si quæ extra vniuersalem doctrinam inuectæ sunt priuatas cæremonias, ab isto ordinario & approbato vsu exterminamus.

DE SACRAMENTO POENITENTIÆ.

Doctrina compendiaria de eodem Sacramento.

POEnitentia est Sacramentum confessionis, & absolutionis, ad remissionem peccatorum, post baptismum commissorum. Constat autem sicut alia Sacramenta, ex duabus partibus essentialibus, Materia, & Forma. Materia sunt confitentis tres actus, Contritio, Confessio, & Satisfactio: quæ etiam ideo partes pœnitentiæ vocari solent. Forma, est legitima absolutio Sacerdotis.

DE CONTRITIONE.

PRimò: Contritio est dolor de peccato, propter Deum summè dilectum ex charitate.

Secundò: Contritio autem imperfecta, vocatur Attritio, quæ est dolor de peccatis, propter turpitudinem ipsius peccati, vel propter timorem inferni, vel propter spem gloriæ. Et vnaquaque harum, si peccandi voluntatem excludat, cum spe veniæ, satis est cum absolutione Sacramentaria ad gratiam obtinendam: & ad hoc, vt fiat ex attrito contritus, vt docet Concil: Trid: Sess: 14. cap. 4.

Tertiò: Quamùis autem melius sit de singulis peccatis, præsertim maioribus habere contritionem; sufficit tamen, de præcipuis, vel de vno, sed sub ratione vniuersali, quia est contra Deum, illam in seipso excitare: modò de singulis doleat, quãdo eorũ recordatur.

Quartò: Talis autem Contritio vel formata attritio, tria requirit. Primò,

rit. Primò, dolorem de peccatis præteritis. Secundò, propositum in futurum non peccandi, & occasiones pro posse euitanti. Tertiò, voluntatem confitendi, & absolutionem accipiendi. Quæ quidem voluntas, seu votum, sufficit ad remissionem peccatorum, quando facta omni diligentia, confessio & absolutio, haberi non potest: ita tamen, vt eadem voluntas ad perficiendum permaneat.

DE CONFESSIONE.

PRimò: Confessio Sacramentalis, est manifestatio peccatorũ legitimo Confessori facta; vt per eum peccata absoluantur.

Secundò: Proprietates autem confessionis essentiales, & necessariæ sunt tres. Primò: vt Confessio sit integra. Secundò: cum debito dolore, vt dictum est. Tertiò: cum obedientia, & subiectione clauibus Ecclesiæ in Confessario. Ex decentia autem & vtilitate sunt aliæ decem & sex proprietates, his versibus comprehensæ: Sit simplex, humilis Confessio, pura, fidelis,
Atq; frequens, nuda, discreta, libens, verecunda:
Integra, secreta, lacrymabilis, accelerata:
Fortis, & accusans: & sit parêre parata.

Tertiò: Porrò Confessio iteranda seu repetenda est in his octo casibus: quorum quatuor procedunt ex defectu pœnitentis: alij quatuor ex defectu confessoris. EX defectu Pœnitentis: Primò: si sciens & volens non fuerit integrè confessus. Secundò: si non fecit debitam & possibilem diligentiam in examinanda conscientia ante confessionem. Tertiò: si cum proposito denuò peccandi confessus est. Quartò: si excommunicatus erat confitendo, & ita permansit. EX parte Confessarij. Primus defectus est, si non habuit intentionem absoluendi. Secundus, si caruit iurisditione, vel eius vsu, propter aliquam censuram Ecclesiasticam, videlicet excommunicationem, interdictum, suspensionẽ notoriam &c. Tertius, si non est vsus forma debita. Quartus, si ignorantia Confessarij tanta esset, qui nesciret discernere, inter lepram & lepram, circa talis confitentis peccata.

Quartò: Tenetur autem confiteri quilibet Christianus de iure diuino,

diuino,in articulo vel periculo mortis : vel quãdo non putat ſe poſtea habiturum copiam confeſſoris. De iure autem poſitiuo, & prȩcepto Eccleſiæ,quando ad annos diſcretionis peruenerit,ſemel ſaltẽ in anno,quandocunq; : quod tamen,propter præceptum cõmunicandi, in Paſchate,vel circà fieri conſueuit. Confitenda verò ſunt peccata omnia mortalia, quorũ facto debito examine recordari poteſt; ita vt vel vno ſcienter omiſſo, irritam omnium faciat abſolutionẽ. Ideò, ſi neceſsitas vel ratio ſuaderet,aliquod mortale ad tempus reticendum, ſatius differenda eſſet confeſsio, cum contritione & propoſito confitendi, vt ſuprà dictum eſt. Venialia autem peccata, non eſt neceſſe ſingula enumerare : niſi aliqua ratione,circumſtantia,vel frequentatione tendãt ad mortale: vel niſi ex Præcepto teneatur quis confiteri, & careat mortalibus peccatis.

Quintò : Denique tenetur Confitens enumerare circumſtantias peccatorum, quæ mutant ſpeciem peccati, vel quæ in infinitum, vel multùm aggrauant peccatum. Sicut in exemplo in furtis, quæ poſſunt fieri ſacrilegia,peculatus:& propter quantitatẽ,vel diuturnitatem, ad maiorem culpã, & neceſsitatem reſtitutionis obligant.

DE SIGILLO CONFESSIONIS.

SAcerdos, quæ in confeſsione audiuit,ſiue ſint peccata ipſa,ſiue ea,ex quibus peccata poſsint innoteſcere,nullo modo ſub grauiſsimis pœnis Canonicis reuelare debet cuiquam,etiam ipſi Papȩ: quamùis maximũ exinde detrimentum ſubſequi debeat etiam Eccleſiæ Dei. Ratio eſt, quia notitiam eorũ accepit,non tam humana quàm diuina ſcientia,cui proprium eſt ſcrutari corda hominum: & quòd homines à cõfeſsione propter tale ſcãdalum meritò auerterentur. Ideò metaphoricè dicitur, quaſi quoddam diuini ſecreti Sigillum. Ex voluntate tamen pœnitentis, poſſet in bonum finem reuelare,quæ cognitionem peccatorũ non præſumunt, vt virtutes, & ſimilia, quæ pœnitens permitteret reuelari,quia tunc nouam videretur eorũ acquiſiuiſſe notitiam : in quo tamen ſcandalum ſummè præcauendum eſt. Quòd ſi quis, præſertim ſuperior, quæreret ex confeſſore,an aliquis fuerit confeſſus nec ne, poteſt (ſi expedit)

vt res est fateri. Quòd si vltrà perquirat, an illum absoluerit, non debet affirmare vel negare, sed dicere: functus sum meo officio.

De Satisfactione.

PRimò: Satisfactio est, cum quadam suiipsius vindicatione, solutio pœnarum pro commissis peccatis, Deo & Ecclesiæ facta, ad nouos pœnitentiæ fructus disponens. Et quæ est Sacramenti pars, debet esse in confessione à Sacerdote imposita.

Secundò: Perficitur autem potissimùm tribus: ieiunio, oratione, & eleemosyna: ad quæ tria, reliqua opera pœnalia & satisfactoria reduci possunt.

Tertiò: Talis rursus satisfactio est triplex: Prima priuata & secreta: quam vel aliquis sibi ipsi spontè imponit: vel in confessione à Sacerdote iniungitur. Secunda publica, quando propter notorium & scandalosum crimen publicæ etiam pœnæ iniunguntur; vt voluntarijs homicidis die Cœnæ Domini. Quales pœnæ, deberent ab Episcopis & Parochis in notorijs delictis infligi; vt peccãdi scandalum publicum, publica etiam emendatione corrigatur. In primitiua Ecclesia, vltrà has erat tertia pœnitentia solennis, quæ maximis excessibus, solennes & diuturnas pœnas infligebat. Sed nunc, quando maximè erat necessaria, in vsu esse desijt.

Quartò: Modus iniungendæ pœnitentiæ singulis peccatis, præscribitur in antiquissimis Canonibus Pœnitentialibus. Sed quia delicatum hoc seculum eorũ executione à pœnitentia deterretur; satis erit Confessori ex arbitrio suo, & pœnitentis assensu, pœnitentiam statuere: quæ tamen ad hæc tria dirigatur. 1. ad dolorem & odium præteritorum peccatorum. 2. vt sit remedium contra illa in futurum. 3. vt sit talis, quam putat pœnitentem facturum: & si sit iniustitia, vt restitutionis ratio habeatur. Vt tamen Confessores sciant grauitatem peccatorum tepidis confitentibus expli care, placuit eosdem Canones, (qui etsi non in foro fori, tamen in foro poli ligant, nisi contritionis vehementia, vel indulgentiarum condonatio talem defectum suppleuerit) ex Sacerdotali Romano huc apponere.

CANO-

CANONES POENITENTIALES ANTIQVI.

Gulielmus Durantis in suo repertorio, rubrica De pœnitentijs, ac canonibus constitutis, ita dicit:

SCiendum est, quòd mensuram temporis in agenda pœnitentia satis præfigunt canones pro vnoquoque crimine; sed magis in arbitrio sacerdotis statuunt relinquendum, dum pro quibusdam culpis modi pœnitentiæ sunt impositi, quos inferius supponemus: & hæc leguntur, De pœni: dist: 1. c. Mensuram. & facit. 25. q. 7. c. Tempora. Vbi ergo certa pœnitentia statuta est à canone, illa est indicenda; alioqui falsa dicitur pœnitentia, quæ non datur secundùm canones, si est à canonibus distincta. De pœnit. dist: 5. cap. falsas. Quòd si distincta non sit, arbitrio relinquitur imponentis: vt in prædictis cap. & extra de pœn: & remiss: c. quæsitum. & cap. sequenti. de offi: de leg. cap In causis. de accusat: cap. Super his. Et hoc est, quod in canone dicitur: De pondere delictorum æstimando, & sacerdotum est æstimare; vt attendat ad confessionem pœnitentis, & ad fletus, & lacrymas corrigentis. De Pœnitentibus sic tantùm moderetur; ne Ecclesiæ vilescat authoritas, & se grauet. 50. dist: c. Absit. & cap. seq. de pœni: dist: 1. c. Quem pœnitet. Sed & ipsos canones pœnitentiales, quicquid alij solennizent, possunt sacerdotes & prælati moderari abbreuiando, vel protelando tempus pœnitentiæ, prout delicti monet qualitas, & circumstantiæ requirunt: vt in prædicto ca. mensuram. & 50. dist: de his clericis qui. & cap. Hi qui alias. & expresse. extra eodem. Deus. vbi pro homicidio, adulterio, & fornicatione mandatur ad arbitrium sacerdotis imponi: cùm tamen sit à canonibus diffinita, vt inferius apparebit. Nec obst: prædicto c. falsas. quia intelligitur illud, nisi ex causa moderetur, 29. dist: cap. 1. Et sic illud secundùm prædicta iura determinatur. ff. de legi. sed & posteriores. Breuiter ergo commemoremus canones certas pœnitentias iniungentes. Qui autem vult scire modum pœnitentiæ imponendæ pro homicidio & alijs criminibus; videat extra de homi: sicut dignum. & c. 2. & 3. de pœni. dist. 5. c. 1.

Debet ergo pœnitere sacerdos cõmittens fornicationem, decem annis. 82. dist. cap. Presbyter. Ibi etiam habetur, qualiter hoc tempore pœnitebit. Accipiens sponsam alienã de pręsenti septem annis, & 40. diebus in pane & aqua, extra de sponsa. duorum c.2. Deuota, seu monialis, quæ fornicatur, seu matrimonium contrahit: & cognoscens eam, vel contrahens cum ea, decem annis pœniteat. 27.q.1. Deuotam. &. c. seq. Cantans missam, & non communicans, vno anno pœniteat, nec interim celebret. De conse. dist: 2. relatum. Sacerdos mortuum pallijs altaris inuoluens, 10. annis, & 5. mensibus: diaconus tribus annis cum dimidio. De conse. di. 1. Nemo. Presbyter incautè verberans, quomodo punitur. 15. q. 1. cap. si quis non ira. 23. q. 4. cap. quæ peccat. Falsarius, quandiu viuit, in pane & aqua pœniteat. De verb. sig. nouissimus. Scienter contrahens, vel coiens cum duabus sororibus, vel commatribus, vel sorore, commatre & filia: vel vnà cum patre, & filio, vel duobus fratribus, & sic de alijs, octo annis pœniteat. 30. q. 4. Si pater. & c. fi. 32. q. 7. cap. si quis viduam. & cap. seq. Ignoranter cognoscens duas sorores, vel matrem & filiam, vel amitam & neptem, quarum vna ignorat de altera, vterque 7. annis pœniteat: si verò scienter, perpetuo careat coniugio. 33. q. fi. 35. q. 3. ca. Si quis cum matre. & ca. seq. Quomodo sit iniungenda pœnitentia mulieri partum supponenti, vel de alio viro accipienti, extra de pœn. & remi. c. Officij. Sacrilegus, chrisma vel calicem sacrum polluens, 7. annis pœniteat. In duobus non intrabit Ecclesiam, & vsq; ad quartum non offerret: & singulis septimanis tribus diebus à carnibus & vino ieiunabit, & alia quædam. 12. q. 2. De viro. Celans se cognouisse mulierem, quæ contrahit cum fratre eius, septem annis pœniteat. 35. q. 3. Si homo fornicatus. Solenniter pœnitens, postea ad vomitum rediens, 10. annis pœniteat. De pœni. dist. 5. si qui verò. Frangentes sponsalia filiorum: & filij si consenserint, si pòst dissenserint, 3. annis communione priuentur. 31. q. 3. c. vnico. Contrahens cum ea, quam polluit per adulterium, 5. annis pœniteat. 31. q. 1. c. si qua. Cognoscens vxorem adulteratam pœnitentem, ante pœnitentiam peractam, duobus an-

bus annis pœniteat. 32. q. 1. c. Si quis. 1. Cognoſcens vxorem adulteratam, antequam pœniteat, tribus annis pœniteat. 32. q. 1. c. Si quis. Sacerdos, qui intereſt clandeſtinis deſponſationibus, triennio ſuſpenditur. de clan. deſp. c. vult. Latro ſi vult confiteri, vel confitetur, in cæmeterio ſepelitur, & oratur pro eo: & datur ei corpus Chriſti. 13. q. ſi. c. ſi. Qui in dicendo horas canonicas & alia officia, diſcrepat à ſua Metropolitana Eccleſia ex contemptu. c. de his. 12. diſt: per ſex menſes communione priuetur. Interfector domini, vel vxoris, nunquam equitet: nec vehiculo vehatur: nec contrahat matrimonium: vſque ad 10. annos carnes non comedat, & vinum non bibat, & alia quæ habentur 33. q. 2. admonere. & c. quicunq;. De diuo. c. 1. Matris interfector, armis depoſitis. 10. annis pœniteat. 32. q. 2. ca. Latorem. Et cùm dicitur, quòd maior pœnitentia imponitur interfectori vxoris, quàm matris, dicitur, quòd maius peccatum eſt. 24. q. 1. Non offeramus. Violans votum ſimplex, 3. annis pœniteat. 27. diſt: c. Si vir. Dicens blaſphemiam in deum, & beatam virginem, & ſanctos, 7. annis pœniteat ſecundùm formam, quæ eſt extra. de maledicis. c. ſi. Epiſcopus inuitum ordinans in clericum ſine iuſta cauſa, per annum ſuſpenditur. 64. diſt. cap. 1. Pro quolibet mortali peccato debet pœnitere ſeptem annis. 33. q. 2. c. hoc ipſum. §. Hoc quanquã. niſi plus & minus à canone imponatur, vt in præſcripto §. Domũ vel aream incendens. 3. annis pœniteat. de iniu. & dam. da. c. ſi quis contra ver. incendiarius. Comburens Eccleſiam, 15. annis pœniteat: & eam reſtituat. & precium det pauberibus. 17. q. 4. & palea eſt. Celebrans excommunicatus, tribus annis pœniteat. 2. q. & 6. ferijs à vino & carnibus abſtineat. 11. q. 3. De illis. Degradatus celebrans, priuatur communione corporis & ſanguinis Chriſti vſque ad vltimum diem: & in excommunicatione maneat. & viaticum tantùm in fine ſumat. 50. diſt. ca. Accedens. Epiſcopus diſsimulans corrigere venditionem miniſteriorum, duobus menſibus: ſacerdos hoc agens, quatuor: diaconus, tribus: ſubdiaconus, & alij inferiores, iudicis arbitrio. 1. q. 1. ca. quicquid inuiſibilis. Iniuſtè excommunicans, vno menſe ſuſpenſus eſt. de

fen. exc. cap. Sacro. Sacerdos accedens ad ſibi confeſſam, vel quam fecit confirmari, 12. annis pœniteat: & pòſt retrudatur in monaſterium. Epiſcopus, annis 15. mulier verò tradatur monaſterio. 30. q. 1. Si quis ſacerdos. & ca. Non debet. Scienter rebaptizatus, ſi pro hæreſi hoc facit, 7. annis pœniteat. 4. & 6. ferijs. & 3. Quadrageſimas in pane & aqua. Si verò propter infirmitatem, tribus annis pœniteat. Si verò ignoranter, non peccat: ſed ideo non promouetur, licèt ſit excellens. de Conſecrat. diſt: 4. Qui bis extra de apoſta. c. 2. & talis ſit monachus, & de foro Eccleſiæ. De conſe. diſt. 5. c. Dictum. Si Epiſcopus, presbyter, vel diaconus volens eſt rebaptizatus, pœniteat quàmdiu viuit: alij verò clerici, monachi, & moniales, ab hæreticis volentes rebaptizati, 12. annis pœniteant: & tribus erunt inter catechumenos: ſeptem inter pœnitentes: & annis duobus eorum oblationes non recipiuntur: pueri verò poſt reconciliationem communioni reſtituentur. De conſec. di. 4. c. eos quoq;. Dicens coactus falſum teſtimonium, nec ſequitur mors, duobus annis pœniteat: ſi ſpontè 5. annis. In concil. Iliberitano: quod eſt in antiqua decretali. De fall. ca. 1. §. 1. Proprium filium opprimens, tribus annis, & vno in pane & aqua pœniteat: ſi ſit baptizatus. De ijs qui fi. occi. c. fin. Pro homine adultero, vel fornicatore, 9. annis: ſed nunc non ita aſpere. 21. q. 1. prædicandum. & 33. q. 2. Hoc ipſum. & c. ſeq. Iniuſtè alium accuſans ad mortem, 40. diebus in pane & aqua ieiunabit continuè, ſiue interpolatè: & per ſeptem annos pœnitebit: non tamen in pane & aqua, ſed ad arbitrium ſacerdotis. Si verò per talem accuſationem quis accuſatus membrum perdiderit, accuſans tribus quadrageſimis ieiunabit: prima ante natale Domini, ſecunda ante Paſcha, tertia ante feſtum S. Ioannis: quas quadrageſimas S. Petrus inſtituit. & hæc probatur 22. q. 5. cap. 1. & 3. 6. q. 1. Quicunque. Sortilegus, quadraginta dies. De ſortil. ca. 1. & in antiqua decretali. eo. tit. ca. Reliquiſti. Reſpiciens furta in aſtrolabio, duobus annis pœniteat. De ſortileg. cap. 2. Parochus res Eccleſiæ dilapidans, vno anno excommunicetur. 16. q. 7. Finis. Luſtrans domum cum magicis vel incantationibus vel aliud faciens, & qui ei con-

ei consentit, & consuluit, 5. annis pœniteat. 26. q. 5. c. qui diuinationes. & c. nisi liceret. 1. q. 1. c. 1. Iurans non redire ad pacem, vno anno pœniteat, 22. q. 4. c. Qui sacramento. Incendiarius vno anno erit vltra mare, vel in Hispania: & qui hanc pœnitentiam relaxat, vno anno suspenditur. 23. q. fin. c. Pessimam. Hodie à solo Papa absoluuntur. De senten. excommunica. cap. Tua. Filiam vel sororem spiritualem cognoscens matrimonialiter, & ei consentiens, septem annis pœniteat. 30. q. 3. non oportet. Si gutta sanguinis Christi cadit in terram, sacerdos quinquaginta diebus pœniteat: si super altare, & transit ad vnum pannum, duobus diebus: si vsq; ad 2. quatuor diebus: si vsque ad 3. 9. diebus: si vsque ad 4. 20. diebus. De consec. di. 2. Qui benè. Si incautè dimisit, quamuis nihil nefandi acciderit, tribus mensibus ab officio suspenditur. extra de custo. eucha. c. 1. Occidens Iudæum, vel paganum, quadraginta diebus. Occidens per insaniam non imputatur. 3. q. 9. Indicas. 15. q. 1. aliquos. & c. Illa. & c. si quis. Homicida Episcopus, 15. annis pœniteat, & deponatur: & semper peregrinetur. presbyter 12. annis, & tribus ex his in pane & aqua, & deponatur: & diaconus decem annis, & tribus in pane, & aqua, 50. dist. Si quis homicidium. Palea est. In necessitate ineuitabili: nihil quò ad peccatum. 50. dist. c. Quia te: sed quò ad munditiem Ecclesiæ ostendendam sic. 34. q. 2. cap. In lectum. & ad cautelam cum eo dispensandum est. Pro incœstu, vel coitu contra naturam, vel cum brutis, plus quàm 7. annis: quia clericus deponitur, laicus excommunicatur. 33. q. 2. §. Hoc quicquam. & c. præcedenti. De excess. præl. cap. Clerici. Pro casuali homicidio, 5. annis pœniteat. 58. dist. Eos. qui. & c. seq. Pro voluntario, sine spe restitutionis deponitur: & 7. annis pœniteat. 50. dist. c. maior. Occidens clericum, aut monachum, diaconum, vel subdiaconum, semper erit in monasterio, nunquam ad seculum reuersurus: & septem annis pœnitentiam publicam agat, & arma relinquat, 17. q. 4. c. Qui occiderit. Contrahens contra interdictum Ecclesiæ, pœniteat vno mense, vel ad arbitrium. extra de matrim. contra interd. eccle. contra. cap. 1. Sacerdos se defendendo latronem interficiens,

duobus annis. de homic. ca. 2. nunc per clemen. aliter ordinatur. De homicid.c.in clemen. Reuelans peccatum pœnitentis deponitur, & ad agendam pœnitentiam in monasterium retruditur. de pœni. dis. 6. cap. sacerdos. De pœni. & remis. cap. omnis. Vomens eucharistiam per ebrietatem, si laicus est, quadraginta diebus: si clericus, sexaginta: si episcopus, nonaginta diebus: si infirmus, septem diebus. de consecra. dist. & ca. Si quis per ebrietatem. Pro periurio, quadraginta diebus in pane & aqua per septẽ annos: & semper erit in pœnitentia. s. interiori. 6. q. 1. cap. Quicunque. 22. q. 1. Prædicandum. Compulsus conditionaliter deiurans, si est liber 10. dies: & 7. sequentibus annis: & si seruus, tres quadragesimas, & legitimas ferias. 22. q. 5. cap. 1. Periurans in manu episcopi: vel in cruce sacrata, tribus annis: in non sacrata. vno anno: ignoranter & coactus, tres quadragesimas. 22.q.5.c.2. Scienter falsum iurans, vel alium iurare compellens. 40. dies in pane & aqua. & 27. annos pœniteat. 22. q. 5. cap. Si quis conuictus. Deiurans pro persona & rebus, vel pro aliqua necessitate, tres quadragesimas, vel tres annos: & vnum ex illis in pane & aqua. 22. q. 5. Si quis coactus. Qui contra suum iuramentum in domini mortem machinatur, vel in eius regnum; seculum & arma relinquat, & in monasterium detrudatur, & toto tempore vitæ suæ pœniteat, & in fine tantùm communionem accipiat: si verò fuerit episcopus, presbyter, aut diaconus, degradetur. 22. q. 5. c. si quis laicus: palea est. Pro falsa mensura, 30. diebus in pane & aqua ieiunet. extra de emptio. & vend. c. 1. Presbyterum interficiens 12. annis pœniteat. extra de pœnit. & remiss. cap. 2. Communicans hæretico inscius, & ex negligentia recipiendo, vel dando cõmunionem, vno anno. Si verò scienter, 5. annis: quòd si nesciens permittat eum in Ecclesia celebrare, 40. diebus: si verò propter reuerentiam, vnum annum: si ad subuersionem fidei, 10. annos: si autem fuerit hæreticus. 12. annos pœniteat. 24. q. 1. Si quis dederit. Raptor seu fur, seu direptor reddet in quadruplum Ecclesiæ ornamenta: alterius, duplum. & 7. annis pœniteat, tres in pane & aqua. 17.q. 4. palea est. Clericus fur, vel effractor, septem annis: laicus,

laicus, quinque: ſed ſi vilis erat res, vel bis furatus eſt, reddat: & anno pœniteat in pane & aqua. 17. q. 4. cap. Si quis clericus, palea eſt. Manum in epiſcopum vel presbyterum mittens, & Eccleſiam vaſtãs, aut impugnans, vel incendens, omnibus bonis proſcribitur: & ſemper in monaſterio incluſus pœniteat. 24. q. 3. c. Quiſquis per dolum. palea eſt. Hoc autem adnotatione dignum eſt, quòd vbi ponitur pœnitentia. 7. trium, vel pauciorum annorum, vel quadrageſimarum à iure, & non adiungitur qualiter illo tempore debeat quis pœnitere; hoc relinquitur arbitrio ſacerdotis: cùm pœnitentiæ ſunt arbitrariæ: vt prædixi in principio huius tractatus de pœnitentijs à iure impoſitis. Ipſe verò Sacerdos, arbitrabitur eam per legitimas ferias faciendam, ſecundùm canones, 11. q. 3. De illis. 50. diſ. De his clericis. 82. diſ. c. Presbyter. 1. extra de homi. c. 2. & in alijs multis. & ſic intelligo. extra de accuſ. de his qui fil. ca. fi. de ſponſa. duorum. c. 2. 22. q. 5. ca. 1.

Hæc D. Gulielmus Durantis ſpeculator.

DE RESTITVTIONE.

HActenus dictum eſt de ſatisfactione, quæ fit erga Deum & ſeipſum, per nouos pœnitentiæ fructus: & erga Eccleſiam, per exolutionem, vel condonationem pœnarum temporalium Canonicè inflictarum. Sequitur ergo ea ſatisfactionis pars, quæ debetur proximo offenſo. Et hæc quidem, aut eſt ſatisfactio iniuriæ vel culpæ: & talis requirit compenſationem non ſolùm iniuriæ, ipſius, ſed etiam offenſæ, per deprecationem & reconciliationem amicitiæ, ſi opus fuerit ex confeſſoris arbitrio. Aut eſt ſatisfactio ſolius debiti ſeu damni, ex neceſsitate iuſtitiæ: & vocatur Reſtitutio; quaſi alterum iterum ſtatuat in poſſeſsionem. De hac ſeruandæ ſunt primò tres regulæ generales. 1. Origo & obligatio omnis reſtitutionis, naſcitur ex duplici cauſa: vel ratione rei acceptæ; vt quando quis ademit alicui propriam villam ſeu veſtem: vel ratione acceptionis; vt quando aliquis percipit fructus ex propria pecunia ſeu villa, ſed contractu illicito, videlicet vſurario aut ſimili.

2. Regula.

2. Regula. Non eſt aliquis obligandus ad reſtitutionem cum indecentia ſtatus ſui, vel læſione famæ propriæ. Niſi reſtitutio eſſet ex delicto, per quod eiuſmodi indecentia prius innoteſcere potuit: vel ſi is, qui damnum eſt paſſus, eſſet in extrema & graui neceſsitate. 3. Regula. Si quis alienum bona fide poſſedit, quia videlicet neſciebat, nec tenebatur ſcire eſſe alienum; non tenetur ad reſtitutionem eorum quæ conſumpſit: ſed ea tantùm, in quibus per talem acceſsionem factus eſt ditior, ex arbitrio boni viri, vel propria conſcientia.

De circumſtantijs Reſtitutionis: videlicet.

QVis tenetur reſtituere, & cui, quid, & quantum, quando, quo ordine, & modo. Primò vndecim genera hominum debent reſtituere, his verſiculis comprehenſa:

> Reſtituat capiens aliena, quiſq; miniſter:
> Iuſsio, conſilium, conſenſus, palpo, recurſus:
> Participans, mutus, non obſtans, non manifeſtans.

Hoc eſt 1. qui per ſe accipit alienum. 2. qui eſt acceptionis miniſter. 3. qui iubet accipere. 4. qui ſuadet. 5. qui conſentit. 6. qui adulando incitat vel approbat. 7. qui receptum acceptori, vel rei acceptæ ſcienter præbet. 8. qui ex re accepta participat. 9. qui non diſuadet quantum poteſt. 10. qui pro poſſe non reſiſtit. 11. qui non præmonet, vel poſtea non manifeſtat acceptionem, quando ſecurè poteſt. Notandum autem, quòd ad talem reſtitutionem principaliter tenetur, qui accipit: deinde qui participant, vel maiorem cauſam aut occaſionem eius præbuerunt. Si tamen tales non reſtituerent, tenentur & reliqui etiã ad integrum: præſertim, ſi damnum paſſus eſt in extrema vel graui neceſsitate, vt expectare principalis ſolutionem non poſsit. Quod tamen prudens Confeſſarius conſideratis conſiderandis diſcernet.

Secundo: Reſtitutio debet fieri propriè domino rei acceptæ, ſi haberi poteſt: ſin minus, tunc eius liberis, vel hæredibus & ſucceſſoribus: ſi neq; hi ſciri haberíue poſſunt; tunc dandum eſt Chriſto eiusq; membris, ſcilicet pauperibus, & locis pijs, ex Confeſſoris conſilio.

consilio. Quòd si non solùm acceptio, sed etiam donatio esset iniusta, qualis est in Simonia; aliqui tenent restitutionem, non datori, sed Ecclesiæ, in cuius fraudem facta est, esse faciendam. Et de similibus idem esset iudicium.

Tertiò: Restituenda est res ipsa accepta, eiusq; fructus, si interea aliqui ex illa prouenerunt: siue accipiens, siue alius eam mala vel bona fide habuerit, modò constet esse alienam: idq; si sine scandalo & læsione famæ, vt suprà dictum est, fieri potest. Quòd si res accepta, culpa accipientis, facta est deterior; reddenda erit æquiualens, vel precio compensanda ex boni viri arbitrio. Cui etiam subijcienda erit cõpensatio damni, si quod dominus rei, culpa acceptoris, inde perpessus est. Idem seruandum est in damnis vitæ, membrorum, sanitatis, libertatis, honoris, famæ, iurium, fructuum, & damni emergentis, aut lucri cessantis.

Quartò: Restituendum est statim quàmprimum scitur esse res aliena: vel si rationabiliter non potest statim restituere, habeat talem animum, dando operam, vt quamprimùm restituat. Excipiuntur sequentes casus. 1. Si acceptor sit ipse in extrema necessitate: secus autem dominus rei. 2. Si restituendo tunc, status sui decentiam conseruare non posset. 2. Si cederet in damnum corporis vel animæ domini, si statim restitueretur. 4. Si cederet in commune damnum, vel esset contra commune bonum. 5. Si illius temporis restitutio probabiliter futura esset in detrimentum animæ, famæ, vitæ ipsius restituentis, vel alterius: vel si indè imminet aliquod periculum peccati mortalis. 6. Si quis bona fide possedit rem alienam per legitimas iuris communis præscriptiones, non tenetur omninò restituere. Quia per talia interualla lex publica trãsfert dominum rerum, ob lites perpetuas euitandas.

Quintò: Ordo restituendi seruetur talis. Si plures sunt, & potest, restituat omnibus, & tunc non opus est seruare ordinem. Si non potest omnibus, restituat prius certa. Et rursus ex certis, prius quæ extant in propria specie, quàm altera: & debitum licitè contractum prius, quàm aliud. Si incerta sunt, cum illis erit statuendum, vt suprà dictum est, ex consilio Confessoris. Qui quidem poterit

40

terit acceptori si pauper est quædam relinquere, sine scandalo. Si autem res maxima est, cum sede Apostolica res poterit componi.

Sextò, modus restituendi sit cautus, vt occulta cautè restituantur, ne lædatur fama restituentis: at publica publicè restituantur: magis enim hoc pacto fama recuperatur. Vt in exemplo sunt vsuræ publicæ: quæ omninò vel sunt restituendæ, vel animo ad solutionem parato ad condonationem deprecandæ.

De restitutione autem famæ omnium difficilima, hæc breuiter obseruentur.

PRimò. Qui iustè, & iuris præscripto, famam alicui abstulit, non tenetur eam restituere: sicut exempli gratia, iudex: & qui alium legitimè in fama condemnauit, si fraudem in accusando non commisit. 2. Si quis famam iniustè abstulit: fecit hoc, vel falsum imponendo: & tunc tenetur dicere, se iniustè & falsò ea dixisse. vel abstulit famam, verum dicendo: vt qui reuelauit peccatum alterius verum, sed occultum: & tunc fateatur se iniustè diffamasse, & malè fecisse ea dicendo. Quòd si eiusmodi aperta restitutio, sine mendacio, scandalo, vel alias rationabiliter seruari non potest; fiat modo indirecto, veras laudes infamatæ personæ prædicando, coram eisdem vbi prius detraxerat. Idem iudicium est de libellis famosis: & alijs directis, vel indirectis diffamationibus. Damnum autem ex diffamatione arbitrio boni viri compensetur.

De Absolvtione.

PRimò. Absolutio est duplex: vna Sacramentalis à peccatis: altera Canonica à censuris Ecclesiasticis, de quibus suo ordine dicemus. Absolutio Sacramentalis est applicatio potestatis à Christo acceptæ ad dimittenda peccata, per formam verborum: *Ego te absoluo:* vel similia ad eum scopum pertinentia. Secundò, non potest absoluere nisi Sacerdos, & quidem talis, qui habeat subditos ad absoluendum, per potestatem ordinariam, quæ fit ex institutione vel commenda: aut delegatam à superiore per aliquā concessionem particularem. Quæ si desint, absolutio erit nulla, vel certè

vel certè dubia. In quo ſummo ſtudio admonendi ſunt à Parochis ſubditi, qui ſine vllo diſcrimine cuilibet Sacerdoti confiteri conſueuerunt. Priuilegia extraordinaria religioſorum ad quædam ſacramenta adminiſtranda, dependēt ex examine & admiſsione Lociordinariorum. Tertiò, abſolui debet habens conditiones ſequentes. 1. ſi ſit baptizatus. 2. ſubditus, vt iam dictum eſt. 3. confeſſus. 4. contritus vel ſaltem attritus. Niſi abſolutionem differri expediat, propter non factam reſtitutionem, vel aliam obligationem ſibi ſalutarem non adimpletam: & ſi quando debuit & potuit proximum læſum non reconciliauit: & generaliter, ſi talis dilatio eius conſcientiæ vtilior & ſecura videbitur. Quartò, In articulo vel periculo mortis, quilibet Sacerdos, ſi proprius haberi non poteſt, habet facultatem abſoluendi ab omnibus caſibus & cenſuris, etiam epiſcopo & ſummo Pontifici reſeruatis. Si tamen eſt Excommunicatio à iudice propter aliquam iniuriam; tunc ante abſolutionem, debet ab eo accipi ſatisfactio: vel ſi tunc fieri non poteſt; tunc fideiuſsio, vel cautio, aut pignus, vt certo tempore ſatis fiat. Et ſi ſic abſolutus conualuerit, tenebitur ipſe per ſe ſatisfacere, & adire ſuperiorem, eiusq; arbitrio ſeſe ſubmittere, à quo ordinariè fuerat abſoluendus. Si vtrumq; non fecerit, ipſo facto in eādem Excommunicationem relabitur. Extra articulum autem mortis, in caſibus & cenſuris reſeruatis (de quibus ante confeſsionem inquirere debet) remittat ad ſuperiorem: vel ſi eſt ſufficiens, ipſe facultatem abſoluendi impetret. Non abſoluat autem à peccatis, niſi prius abſoluerit à cenſura, cuius cauſa in abſolutione exprimi debet, vt infrà dicetur.

CASVS RESERVATI PAPÆ in Bulla Cœnæ Domini.

EXcommunicantur omnes hæretici, ſchiſmatici, & fautores, adhærentes, & qui cum eis commercium habent, & qui hæreticis deferunt arma, vel alia prohibita, aut vinum, oleum, veſtes, granum, & huiuſmodi. Piratæ & latrunculi marini: & recipientes eos, & dantes eis fauorem, vel conſilium. Qui in terris ſuis noua pe-

noua pedagia imponunt, vel prohibita exigunt. Et qui imponunt collectas, vel onera ecclesiasticis personis: & qui exigunt tam realia, quàm personalia. Falsarij literarum Apostolicarum, vel supplicationum per summum Pontif. vel Vicecancellarium, vel eorum vices gerentium. Qui equos, arma, ferrum, lignamina, & alia prohibita deferunt Saracenis, & Turcis, & alijs infidelibus, quibus Christianos impugnant. Impedientes, & inuadentes eos, qui victualia & alia necessaria ad vsum Rom. curiæ deferunt. Verberantes, vel capientes, seu impedientes vel occidentes eos, qui ad sedem Apostolicam vadunt, vel ab ea recedunt, & eos qui morantur in curia: & dantes auxilium, consilium, vel fauorem: vel mandantes talia fieri. Item capientes, detinentes, vulnerantes, mutilantes, incarcerantes, interficientes Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, eorumq; mandatores. Qui verberant, vel capiunt, seu bonis spoliant eos, qui causas suas prosequuntur in curia, vel aduocatos, seu procuratores eorum, propter huiusmodi prosecutionem causarum. Qui prohibent, vel statuunt, ne pareatur literis & mandatis apostolicis, seu legatorum, & nunciorum, & iudicum delegatorum domini Papæ: & fauentes. Qui se subtrahunt ab obedientia domini Papæ, & S. Rom: Ecclesiæ, & fauentes. Qui vsurpant sibi iurisditionem, seu fructus Ecclesiasticos, seu ad ecclesiasticas personas pertinentes: & dantes consilium, auxilium, vel fauorem. Quicunq; superioritatem habens, prohibet quoquo modo, ne aliquis de vacatione alicuius beneficij scribat, seu certiorem reddat quempiam, extra dominium eorum existentem: vel impediunt directè, vel indirectè, ne consequantur prouisiones beneficiorum, seu dignitatum sibi authoritate apostolica concessarum: & dantes consilium, vel fauorem: vel non obuiantes cùm possunt. Verberantes, vel capientes, vel deprædantes, romipetas accedentes, morantes, & recedentes: & dantes consilium, auxilium, vel fauorem. Hostiliter discurrentes per terras ecclesiæ: inuadentes & occupantes easdem: & dantes consilium, auxilium vel fauorem. Qui absoluunt à prædictis casibus, prȩterquam in mortis articulo, (& tunc etiam excommunicati debent fidem præstare de satisfa-

ctione, vel dare ſufficientem cautionem) ſunt excommunicati, & priuati omnibus iuriſditionibus prædicandi, confeſsiones audiendi, & miniſtrandi Sacramenta. Et nota, quòd nullus eximitur à pœnis & cenſuris ſuperiùs poſitis, etiam quacunq; præfulgeat dignitate eccleſiaſtica, vel ſeculari.

Alij caſus Papales extant paſsim obuij, in antiquis Canonibus & nouis Bullis: ſed quia aliorum nullus prorſus, aliorum varius eſt vſus: expediret eos per Synodum prouincialem declarari, & collectos in vnum publicari.

CASVS RESERVATI EPISCOPIS locorum ordinarijs.

CAſus Epiſcopales, etſi ij propriè dici videantur, quos ſibi, ſuisúe Pœnitentiarijs, locorum ordinarij pro tempore exiſtentes, pro temporum & rerum neceſsitate reſeruant: quod facta viſitatione, in ſynodo Prouinciali commodiſsimè fieret; tamen eos qui communiſsimè numerantur, huc inſerere viſum eſt. Hæreſis, quam ſolus Epiſcopus non per alium abſoluere poteſt: apoſtaſia: homicidium voluntarium: iniectio violenta manuum deliberata, cum læſione in parentes facta: raptus, & violatio virginum: inceſtus cum conſanguineis, aut ſanctimonialibus: incendium malicioſum: ſimonia, ſodomia, ſortilegium, adulterium notorium: & generaliter omnia delicta, quæ excommunicationem maiorem à canone, vel ab homine latam habent annexam: & omnes alij exceſſus prædictis grauiores.

PRAXIS AVDIENDÆ CONFESSIONIS.

SAcerdos auditurus confeſsionem, præmiſſa oratione pro ſe & pœnitentibus, ſuperpilicio & ſtola indutus, ſi commodè fieri poteſt, inprimis eligat locum non occultum, ſed quamùis præſentibus alijs, modò ſic diſtantibus, ne audiant quæ vltrò citroq; in con-

fessione dicuntur: Si enim audire præsumpserint, peccant mortaliter: & non minùs quàm ipse Confessor tenentur ad confessionis Sigillum. Sedeat autem tanquam iudex: pœnitens autem genuflexus illi aduoluatur à latere, sic vt facies eius auri confessoris obuertatur: maximè si fuerit fœmina excipienda. Si autem pœnitens esset æger, vel debilis, quòd genuflexionem diu ferre non posset; accepta benedictione, & facta submissione clauibus per generalem confessionem, vel similia verba, poterit (sine tamen scandalo aliorum) sedendo confiteri: & rursus ad percipiendam absolutionem genuaflectere.

Primò ergo Pœnitens dicat confessario: *Benedicite Pater:* aliâs lingua vernacula. Respondeat ille: *Dominus sit in corde & labijs tuis, ad dignè confitendum peccata tua. In nomine ✠ Patris, & ✠ Filij, & ✠ Spiritus sancti.* Respondeat pœnitens: *Amen:* Seipsum similiter signo crucis muniendo.

Deinde obseruabit Confessor quædam ante confessionem: quędam in ipsa confessione: reliqua post confessionem. Ante confessionem: Primò quærat ex confessario, an sit subditus, vt iuxta suam facultatem illum possit absoluere. Secundò, cognoscat statum eius prudenter. Si autē persona non videtur de hoc interroganda, attendat in progressu confessionis, vt ex alijs dictis id colligere queat: vel in fine interroget, si erit necesse. Tertiò, quærendum à quo tempore confessus: si semel in anno proprio sacerdoti: si in Paschate in propria Ecclesia communicauit: si secus, quæ causa est: si sacerdos, cui confessus est, habuit facultatem absoluendi. Quartò, an impleuit pœnitentiam sibi iniunctam: vel restituerit, si quid iniunctum sibi erat. Quintò, an non sit excommunicatus. Sextò, an in præterita confessione non reticuit volens aliquod peccatum: alioqui absolutio erat nulla, & opus esset totam confessionem illam iterare. Septimò, an nunc adhibuit diligentiam in examinanda conscientia. Si enim nullam vel perfunctoriam fecit discussionem, differendus esset cum data informatione: si non videretur reuersurus, examinetur per interrogatoria infrascripta.

Secundò.

Secundò. In Confeſsione obſeruabit Sacerdos tria. Primò moneat pœnitentem, vt verè, & integrè enumeret peccata, quorum recordatur: & nihil admiſceat, præſertim de alienis peccatis, quod ſit extra propoſitum. Quem ſacerdos audiat, non interpellando: niſi fortè aliquot verbis, ad melius intelligendum quę dicit. Secundò, ſi aliqua in eius narratione non benè intellexit: plenius de ijs inquirat, vt poſsit naturam, qualitatem, & grauitatem peccati diiudicare. Peccatum enim mortale, priuans gratia Dei, & inducens mortem æternam, eſt, quando aliquid cogitatione, locutione, vel operatione committitur vel omittitur contra legem Dei, vel præcepta Eccleſiæ, animo volenti & deliberato, ad offenſam Dei vel proximi. Peccatum verò veniale, quod minuit tantùm feruorem charitatis, fit eiſdem modis, verùm non contrà, ſed præter legem Dei: hoc eſt, animo non benè deliberato, ſed ex quadã ſurreptione & fragilitate: vel ſi deliberatè, tamẽ in re admodum parua. In eadem diſcuſsione examinabit circumſtantias peccatorũ, maximè eas, quæ mutant ſpeciem facti, vel infinitè, ſeu multum aggrauant: Ex his, ſi collegerit pœnitentem non benè omnia in diſcuſsione conſcientiæ conſideraſſe; poterit addere examen ſaltem compendioſum ex Decalogo: peccatis capitalibus: præceptis Eccleſiæ: operibus miſericordiæ: peccatis in cœlum clamantibus: & contra Spiritum ſanctum ea maximè proponendo, quæ ſtatui, conditioni, & ætati ſuæ magis viderit conuenire: ſeruata prudentia & modeſtia: præſertim vbi fœminæ in carnalibus peccatis eſſent explorandæ.

Tertiò, poſt confeſsionem tria ſimiliter expediet. Primò, vbi ſufficiens habuerit de peccatis iudicium, ſi pœnitentem viderit tepidum, excitet illum ad dolorem, exaggerando Dei quem offendit excellentiam, potentiam, bonitatem in varijs beneficijs, iuſtitiam in tremendis iudicijs: & quatuor hominis nouiſsima, mortem, iudicium extremum, gehennam, & amiſsionem ſummi boni: ipſam quoque turpitudinem & miſeriam peccati: & ſimilia. Si oppoſito modo pœnitens erit valdè compunctus & dolore afflictus, laudet talem eius affectionem; cùm non ſint condignæ paſsiones huius

temporis ad futuram gloriam: admonendo illum, quoties peccata etiam dimiſſa veniunt in mentem, vt talem doloris continuationem in ſeipſo excitet. Deinde conſoletur illum proponendo, quòd miſericordia Dei ſit ſupra omnia opera eius: quòd nolit mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat: quòd etiam ex Chriſti Domini paſsione & morte, copioſa profluxerit redemptio, non ſolùm pro vno peccatore, ſed infinitis mundis ſi eſſent. Adducat, ſi opus fuerit, exempla præſertim Euangelica, ex quibus apparet, quòd Chriſtus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere. Satis autem erit excitare contritionem vel attritionem, quòd doleat ſe Deum offendiſſe: non interrogãdo, an doleat propter Deum, & ſuper omnia, & ex toto corde. Similiter non eſt exigenda promiſsio de non peccando in futurum, ſed ſufficit bona voluntas & propoſitum cum Dei auxilio. Secundò, dabit illi ſalutaria documenta, deuitandis in poſterum peccatis & eorum occaſionibus: & quomodo vitam ſuam dirigere debeat. Tertiò, imponat pœnitentiam. Cuius qualitas erit in oratione, ieiunio, & eleemoſyna: alijsq; pijs, religionis, deuotionis, charitatis & miſericordiæ operibus, & mortificationibus carnis: prout pœnitentis prętérita peccata, & ad illa inclinationes videntur expoſcere. Et quantum fieri poterit, habeatur reſpectus ad intentionem Eccleſiæ in Canonibus pœnitentialibus ſuprà poſitis expreſſam: ita tamen, ne pœnitentes grauitate ſatisfactionis deterreantur à frequentiori confeſsione & communione, quorum feruore talia opera ſatisfactoria expiari magis poterint.

De absolvtione a peccatis.

Expenſis & obſeruatis omnibus, quæ ſuprà dicta ſunt, reliquum erit pœnitentem abſoluere. Qui monendus eſt, vt verbis abſolutionis deuotè meditando attendat. Tunc Sacerdos & ipſe deuotione, & intentione abſoluendi compoſitus, iunctis, ſi volet, manibus, præmittat ſequentem deprecationem.

Miſereátur tui omnípotens Deus, & dimíſſis ómnibus peccátis

peccatis tuis, perdûcat te ad vitam ætérnam. Respondeat pœnitens, si intelligit, alioqui ipsemet absoluens: Amen.

Deinde dextra manu supra caput eius, vbi consuetudo est, eleuata, addat formam absolutionis.

Dóminus noster Iesus Christus, per suam piíssimam misericórdiam, dignêtur te absóluere: & ego autoritâte illius absóluo te, primùm à vínculo excommunicatiónis, quantum possum & índiges: deinde absóluo te ab ómnibus peccátis tuis in nómine ✠ Patris, & ✠ Filij, & ✠ Spíritus sancti. A.

Hæc forma sufficiens est: ideoque nihil ei est addendum, maximè, quod conditionem, vel restrictionem faceret.

Postremò, remota manu vtiliter addet sequentem imprecationem.

Páßio dómini nostri Iesu Christi, & mérita Beatíßimæ vírginis Maríæ, omniumq; Sanctôrum: & quidquid boni féceris, vel mali sustinúeris, cedant tibi in remißiônem peccatôrum tuôrum, in augméntum grátiæ, & præmium vitæ ætérnæ. Res: Amen. Dimittendo illum dicat:

Vade in pace, & noli amplius peccare.

Modus absoluendi excommunicatum, vel alia censura innodatum.

Meminerit Confessor eorum, quæ suprà dicta sunt, vt benè examinet ante absolutionem, an pœnitēs Excommunicatione, vel aliqua alia censura ecclesiastica teneatur. Quòd quamùis non explorauerit: tamen ad meliorem securitatem, non omittat in suprà-scripta absolutionis formula mentionem Excommunicationis: quia quamùis maior desit, minor tamen omni mortali culpæ adhæret. Imò si pœnitens habet aliquem ex ordinibus maioribus, securius addet mentionē suspensionis, quæ sæpius à iure afficit ignaros vel incautos. Si verò quis tenetur certa excommunicatione maiore, siue fuerit ab homine, siue à iure: dilata absolutione, si potest, & est ad eam sufficiens: impetret à superiore facultatem absoluendi, vel dispensandi talem censuram; ita tamē vt in tali petitione exprimat

tantùm cauſam cenſurę,non autem perſonam: ne Sigillum confeſſionis videatur violâſſe: alioqui, ſi illam obtinere non poteſt, vel ſeſe inſufficientem ad ſoluendum agnoſcit, remittat ad eum, qui ordinariè debet abſoluere, & redeuntem cum nota talis abſolutionis, à peccatis ſibi confeſsis abſoluat. Cæterùm, obtenta facultate abſoluẽdi vel diſpenſandi; tunc excommunicationem (ſeruata cautione ſatisfaciendi, de qua antehac dictum eſt) prius abſoluet dicendo. *Autoritate mihi ad præſens conceſſa, abſoluo te à vinculo excom̃unicationis maioris, qua, propter hanc, vel illam cauſam* (quæ exprimatur) *innodatus es: & reſtituo te Sacramentis Eccleſiæ, & communioni fidelium: deinde abſoluo te ab omnibus peccatis tuis, in nomine &c.* Simili formula vtetur, vbi erit à ſuſpenſione & interdicto abſoluẽdum, mutatis mutandis, quæ cenſuram eiusq; cauſam exprimant. Irregularitas autem, cùm ſine peccato fieri poſsit, non indiget abſolutione, ſed diſpenſatione: hoc modo: *Diſpenſo tecum ſuper irregularitate, vel irregularitatibus, quam, vel quas incurriſti, propter talem, vel talem cauſam*: vel ſi erit dubium, dicat: *Si quam, vel quas incurriſti: & habilito te ad actus legitimos. Deinde abſoluo te ab omnibus peccatis &c.*

Solennis abſolutio ab Excommunicatione.

SI excommunicatio erat adeò publica & notoria, quòd ſingularis ab illa abſolutio ſine ſcandalo fieri nequeat, vel ſi ſuperior eam publicè fieri iubet; tunc Sacerdos habita abſoluendi facultate: primò exigat iuramentum ab excommunicato, quòd velit ſtare mandatis Eccleſiæ: deinde iniungat ei, vel ſatisfaciat illis, quos lœſit, vel de ſatisfaciendo idoneam cautionem præſtet: poſtremò mandabit illi, vt de cætero talia quæ commiſit, non committat. Hoc facto, orabit Sacerdos, ſuper geniculantem, Pſalmum: Miſerere mei Deus. Vel alium Pœnitentialem, cum Gloria Patri. Mox dicat: Kyrieeleiſon. Chriſteeleiſon. Kyrieeleiſon. Pater noſter. Aue Maria ſecretò: Deinde clara voce:

Ver:

Ver: Et ne nos inducas in tentationem:
Ref: Sed libera nos à malo.
Ver: Saluum fac ſeruum tuum: (ancillam tuam:)
Ref: Deus meus ſperantem in te.
Ver: Nihil proficiat inimicus in eo: (ea)
Ref: Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
Ver: Eſto ei Domine turris fortitudinis:
Ref: A facie inimici.
Ver: Domine exaudi orationem meam:
Ref: Et clamor meus ad te veniat.
Ver: Dominus vobiſcum:
Ref: Et cum Spiritu tuo.

Orémus. DEus, cui próprium eſt miſerêri, ſemper & parcere, ſúſcipe deprecatiónem noſtram, & hunc fámulũ tuum, quem (hanc fámulam tuam, quam) excommunicatiônis pœna conſtríngit, miſerátio tuæ pietátis abſóluat, per Chriſtum Dóminum noſtrum. Amen. Poſtea dicat:

Dóminus noſter Ieſus Chriſtus, qui beáto Petro Apóſtolo, collátis cláuibus regni cœléſtis, dedit poteſtátem ligándi, atque ſoluéndi: ipſe per ſuam piiſſimam miſericórdiam te abſóluat: & autoritáte ipſius, & beatórum Petri & Pauli Apoſtolôrum eius, & ſanctiſſimi Dómini noſtri, Dñi N. diuína prouidéntia Papæ N. ſi ſit caſus, vel cenſura Papalis: vel Reverendíſſimi domini Dñi N. Epíſcopi N: ſi ſit caſus, vel cenſura Epiſcopalis, tibi conceſſa, & mihi commiſſa, in quantum poſſum, & débeo, ego te abſóluo à vínculo excommunicatiónis, ſuſpenſiónis, & interdícti, quod incurríſti (propter talem caſum N.) & ſi ſint plures, (propter tales caſus N. & N.) illum, vel illos nominando, toties, quoties, illud) vel (illa) incurríſti: & ab omni álio, ſi quo innodátus exíſtis: & reſtítuo te ſanctis Sacraméntis Eccléſiæ, & communióni & vnitáti fidélium: In nómine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spíritus ✠ ſancti. Ref: Amen. Si commiſſio habet

certam

certam formam abſoluendi inſertam, abſoluens eadem & non alia vti debet.

MODVS RECONCILIANDI Eccleſiæ hæreticum.

HÆreticum non poteſt abſoluere ordinariè, niſi ſummus Pontifex ipſe, vel per ſuos ſpeciales delegatos: ex quorum numero ſunt etiam Epiſcopi in ſuis Diœceſibus, ſed alios delegare non poſſunt. In hac Prouincia expediret, vt in Eccleſijs Cathedralibus, Collegiatis, & præcipuis Parochialibus, aliquibus ſaltem doctioribus talis facultas concederetur: ne hæretici difficultate abſolutionis à conuerſione (vt ferè fit) deterreantur. Obtenta igitur tali facultate. Primò ante vel in confeſsione pœnitens diligenter eſt examinandus in articulis ſuorum errorum: factaq; eorum confutatione, in catholica doctrina & fide eſt erudiendus & confirmandus. Libros hæreticos vel prohibitos ſi habet, eos tradat confeſſori cōburendos, vel ipſe ad hoc ſtatim exequendum in conſcientia obligetur. Si etiam aliquos in errorem ſeduxit & ſcandalizauit, monendus eſt, vt in eis reducendis, per ſeipſum & alios quantū poterit elaboret. Expedito examine & confeſsione peccatorum, exigenda eſt ab illo Confeſsio & reuocatio hæreſis & errorum: quæ ab genuflexo ante altare, præſentibus duobus ad minus teſtibus, fiat hac formula.

Ego N. corde contrito & humiliato, recognoſco & cōfiteor coram Sanctiſſima & indiuidua Trinitate, & curia cœleſti vniuerſa, nec non corā vobis omnibus, me grauiter erráſſe in tali ac tali hæreſi: (& enumeret explicitè, vel præcipuas illarum, ſi multæ fuerint) & hanc, vel has hæreſes, & omnes alias hæreſes, quocunque nomine cenſeantur, abiuro, & anathematizo: conſentio autem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & ore, & corde profiteor, atque promitto me ſemper ſeruaturum illibatam fidem, quam Sancta Romana Eccleſia tenet, ac prædicat: & hæc omnia ſupradicta iuro, ſic me Deus adiuuet,

iuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia. His dictis, tangat duobus digitis aliquod Euangelium.

Si autem hæreticus fuerit Miniſter, aut valdè notorius, qui plurimos ſeduxit vel ſcandalizauit; peracto in domo priuata examine & confeſſione, introducat illum primò in Eccleſiam: dicendo præ foribus Eccleſiæ ante genuflexum:

Ver: Adiutórium noſtrum in nómine Dómini:
Reſ: Qui fecit cœlum & terram.

Deinde Antiphonam: Veni ſancte Spíritus, reple tuórum corda fidélium, & tui amôris in eis ignem accénde: qui per diuerſitátem linguârum cunctârum gentes in vnitátem fídei congregáſti. Poſtea Pſalmum 66.

DEus miſereâtur noſtri, & benedícat nobis: illúminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereâtur noſtri. Vt cognoſcámus in terra viam tuam: in ómnibus géntibus ſalutâre tuum. Confiteántur tibi pópuli DEVS: confiteántur tibi pópuli omnes. Læténtur, & exúltent gentes, quóniam iúdicas pópulos in æquitáte: & gentes in terra dírigis. Confiteántur tibi pópuli Deus, confiteántur tibi pópuli omnes: terra dedit fructum ſuum. Benedícat nos Deus, Deus noſter, benedícat nos Deus: & métuant eum omnes fines terræ. Gloria patri, & filio, & ſpirítui ſancto. Sicut &c.

Ver: Emitte Spiritum tuum & creabuntur:
Reſ: Et renouabis faciem terræ.
Ver: Saluum fac ſeruum tuum:
Reſ: Deus meus ſperantem in te.
Ver: Eſto ei Domine turris fortitudinis:
Reſ: A facie inimici.
Ver: Nihil proficiat inimicus aduerſus eum:
Reſ: Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
Ver: Domine exaudi orationem meam:
Reſ: Et clamor meus ad te veniat.

Ver:

Ver: Dominus vobiſcum:
Reſ: Et cum Spiritu tuo.

Orémus. Mentes noſtras quæſumus Dómine, parácletus qui à te procédit illúminet,& indúcat in omnē ſicut tu⁹ promíſit fílius, veritátē. Deus, qui errántibus, vt in viam poſſint redíre iuſtítiæ, veritátis tuæ lumen oſténdis: da huic fámulo tuo, qui Chriſtiána profeſſióne cenſétur, & illa reſpúere, quæ huic inimíca ſunt nómini, & quæ ſunt apta ſectári. Per Dominum noſtrum &c.

Tunc porrecta extremitate ſtolæ erigat illum,& inducendo in Eccleſiam, dicat: Exurge ex ténebris,& illuminábit te Chriſtus. Ingrédere, & eſto incorporátus eius Ecclésiæ, à qua tanquam ouis errática deuiáſti: & reiécta omni prauitáte hærética, reſtitútus & inſértus in veram vitem, fructífica Deo in glóriam, tibiq́; ad grátiam & vitam ætérnam. Amen.

Poſteà in loco editiori ante altare, faciat reuocationem vt ſuprà: addita fidei profeſſione ex decreto concilij Tridentini præſcripta.

Ego N. firma fide credo & profiteor omnia & ſingula, quæ continentur in Symbolo fidei, quo ſancta Romana Eccleſia vtitur, videlicet: Credo in vnum Deum patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, viſibilium omnium, & inuiſibilium. Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum, Filium Dei vnigenitum, & ex patre natum ante omnia ſecula: Deum de Deo: lumen de lumine: Deum verum de Deo vero: genitū, non factum, conſubſtantialem patri, per quem omnia facta ſunt: qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem, deſcendit de cœlis, & incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria virgine, & homo factus eſt: crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus, & ſepultus eſt: & reſurrexit tertia die ſecundùm ſcripturas: & aſcendit in cœlum, ſedet ad dexteram patris: & iterum venturus eſt cum gloria iudicare viuos, & mortuos; cuius regni non erit finis. Et in Spiritum

ſanctum Dominum,& viuificantem,qui ex Patre,Filioq; procedit: qui cum Patre,& Filio, ſimul adoratur, & conglorificatur: qui locutus eſt per prophetas. Et vnam, Sanctã, Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor vnum baptiſma, in remiſſionem peccatorum, & expecto reſurrectionem mortuorũ, & vitam venturi ſeculi Amen. Apoſtolicas & Eccleſiaſticas traditiones,reliquasq; eiuſdem Eccleſiæ obſeruationes & conſtitutiones, firmiſſimè admitto, & amplector. Item ſacram ſcripturam, iuxta eum ſenſum, quem tenuit & tenet ſancta mater Eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſenſu, & interpretatione ſacrarum ſcripturarum, admitto; nec eam vnquam, niſi iuxta vnanimem conſenſum Patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque ſeptem eſſe verè & propriè ſacramenta nouæ legis, à Ieſu Chriſto,Domino noſtro, inſtituta, atque ad ſalutem humani generis, licèt nõ omnia ſingulis neceſſaria, ſcilicet Baptiſmum, Confirmationem,Euchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium; illaq; gratiam conferre: & ex his Baptiſmum,Confirmationem,& Ordinem,ſine ſacrilegio reiterari non poſſe. Receptos quoque & approbatos Eccleſiæ catholicæ ritus, in ſupradictorum omnium ſacramentorum ſolenni adminiſtratione recipio, & admitto: omnia & ſingula, quæ de peccato originali, & de iuſtificatione in Sacroſancta Tridentina Synodo definita & declarata fuerunt, amplector, & recipio. Profiteor pariter in Miſſa offerri Deo, verum, proprium, & propiciatorium ſacrificium, pro viuis, & defunctis: atque in ſanctiſsimo Euchariſtiæ Sacramento eſſe, verè,realiter, & ſubſtantialiter corpus & ſanguinem,vnà cum anima, & diuinitate Domini noſtri Ieſu Chriſti: fieriq; conuerſionem totius ſubſtantiæ panis, in corpus, & totius ſubſtantiæ vini, in ſanguinem; quam conuerſionem Catholica Eccleſia Tranſſubſtantiationem appellat. Fateor etiam ſub altera tantùm ſpecie, totum atque integrum Chriſtum, verumq; Sacramentũ ſumi. Conſtanter teneo, Purgatorium

47

eſſe, Animasq; ibi detentas fidelium ſuffragijs iuuari. Similiter & Sanctos, vnà cum Chriſto regnantes, venerandos atq; inuocandos eſſe, eosq; orationes Deo pro nobis offerre, atq; eorum reliquias eſſe venerandas. Firmiſſimè aſſero, imagines Chriſti, ac Deiparæ ſemper virginis, necnon aliorum Sanctorum, habendas & retinendas eſſe, atque eis debitum honorem ac venerationem impertiendam. Indulgentiarum etiam poteſtatem, à Chriſto in Eccleſia relictam fuiſſe; illarumq; vſum Chriſtiano populo maximè ſalutarem eſſe affirmo. Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam, omnium Eccleſiarum matrem, & magiſtram agnoſco; Romanoq; Pontifici, beati Petri, Apoſtolorum principis, ſucceſſori, ac Ieſu Chriſti Vicario veram obedientiam ſpondeo, ac iuro. Cætera item omnia à ſacris Canonibus, & œcumenicis Concilijs, ac præcipua à ſacroſancta Tridentinà Synodo tradita, definita, & declarata, indubitanter recipio atque profiteor, ſimulq; contraria omnia, atq; hæreſes quaſcunq; ab Eccleſia damnatas & reiectas, & anathematizatas, ego pariter damno, reijcio, & anathematizo. Hanc veram Catholicam fidem, extra quã nemo ſaluus eſſe poteſt, quam in præſenti ſponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram & inuiolatam, vſque ad extremum vitæ ſpiritum, conſtantiſſimè (Deo adiuuante) retinere & confiteri, atque à meis ſubditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum, Ego idem N. ſpondeo, voueo, ac iuro: Sic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia.

Idem Polonicè.

JA N. mocną wiárą wierzę/ y iáwnie wyznawam wſzytko to/ y kożdé z oſobná / cokolwiek ieno ieſt w wyznániu wiáry / ktorégo vżywa świety Rzymſki kościoł: ázwłaſczá/ wierzę w iednego Bogá oyca wſzechmogącégo / ſtworzycielá niebá y ziemie / widomych rzeczy wſzytkich y niewidomych. Y w iednégo páná Jezuſá Chriſtuſá ſyná Bożégo iednorodzonégo / y z oycá przed wſzytkimi wieki národzo-

národzonégo: Bogá z Bogá/ świátło z świátłá/ Bogá prawdziwégo z Bogá prawdziwégo/ národzonégo/ nie vczynionégo/ ſpółiſtnégo oycu/ przez ktorégo wßytko ſie ſſtáło: który dla nas/ y dla zbáwienia náßégo zſtąpił zniebiós/ y wćielony ieſt od Duchá świetégo z Máriiey pánny/ y ſſtał ſie człowiekiem. Vkrzyżowány tęż dla nas pod Pontſkim Piłatem/ vmęczony/ y pogrzebiony/ y powſtał zmartwych dniá trzeciégo wedle piſmá świetégo: y wſtąpił ná niebo/ śiedzi ná práwicy oycowſkiéy/ y záś z chwałą przyydzie ſędzić żywé y zmárłé: á króleſtwá iego końcá nie będźie. Y w Duchá świetégo/ Páná/ y ożywiáiącégo/ który z oycá y z ſyná pochodzi: który z oycem y z ſynem ſpólnie bywa chwalony/ ſpółyczony: który mówił przez Proroki. Y ieden świety Kátholicki y Apoſtolſki kośćioł: Wyznawam ieden krzeſt ná odpuſczenié grzéchów/ y czekam zmartwychwſtánia vmárłych/ y żywot przyßłégo wieku/ Amen. Apoſtolſkié y kośćielné podánia/ tákże inßé tegóż kośćiołá obſeruatie y vſtáwy/ mocnie przypuſczam y przyymuię. Tákże piſmo świeté wedle tegóż rozumienia/ ktoré miał y ma mátká kośćioł świety/ ktorému o prawdziwym rozumieniu y wykłádźie piſmá świetégo rozſądek właſnie ſłuży/ przyznawam: áni ie ináczéy nigdy/ ieno wedle iednozgodnégo zezwolenia oyców przyymowáć y wykłádáć będę. Wyznawam tęż bydź prawdźiwie y właſnie Sákrámentów śiedm nowégo zakonu/ od Jezuſá Kryſtuſá páná náßég⁰ poſtánowionych/ zbáwieniu ludzkiemu ſłużących (choćiaż nie wßytkie kożdému z oſobná potrzebnych) Krzeſt/ Bierzmowánié/ Ciáłá Páńſkiégo vżywánié/ Pokutę/ Pomázánié oleiem świetym/ Kápłáńſtwo y Małżeńſtwo: łáſkę Bożą iednáiących: á z tych Krzeſt/ Bierzmowánié/ y Kápłáńſtwo/ bez świetokradźtwá powtórzyć ſie nie może. Przyięté tęż y vtwirdzoné Kośćiołá Kátholickiégo obrzedy w wyßéy pomienionych Sákrámentách zwyczáynym ſpoſobem odpráwowáné przyymuię y przypuſczam. wßyſtkié rzeczy y zoſobná kożdé/ ktoré ieno o grzéchu pierworodnym/ y o vſpráwiedliwiéniu ná Tridentckim Concilium były opyſáné y obiáſnioné przyymuię y kocham ſie w nich. Przyznawam tákże we Mßéy ofiárę Bogu/ prawdźiwéy/ właſnéy/ y błagálnéy ofiáry/ za żywé y vmárłe: y w przenaświetßym ćiáłá páńſkieg⁰ Sákrámenćie/ bydź prawdźiwie/ rzeczywiśćie/ y iſtotnie ćiáło y krew równo z duſzą y z Boztwem páná náßégo Jezuſá Kryſtuſá: á że ſie przemienia wßytká iſtnośc chlebá w ćiáło/ á w krew wßytká wi-

ná iſtność / które przemienienié Kośćiół świety Kátholicki zowie Tranſſubſtantiationem: to ieſt iſtnośći przemienieniem. Zeznawam też / iż ſie pod iedną którąkolwiek z tych oſób / cáły y zupełny Pan Kriſtus y prawdźiwy Sákráment przyimuie. Státecznie wierze/ iż ieſt Czyśćiec: á iż duße w nim zátrzymáné / prośbámi wiernych bywáią rátowáné. Tymże ſpoſobem y o świetych Bożych/ którzy zárówno z Kriſtuſem pánem króluią / iż máią bydź czczeni y wzywáni: á iż oni modlitwy ſwoie zá nas Bogu ofiáruią / y ich reliquie w vczćiwośći bydź máią. Mocnie twierdze/ iż obrázy páná Kriſtuſowé / y błogoſłáwionéy pánny rodźiczki Bożéy / tákże inßych świetych/ máią bydź/ y záchowáné bydź máią/ y im powin na cześć y vczćiwość wyrządzána. Odpuſzczenia tákże grzechów moc/ iż ieſt od páná Kriſtuſá kośćiołowi zoſtáwiona/ y iéy vżywánié / iż ludźiem Krześćiáńſkim ku zbáwieniu ieſt bárzo pomocna/ mocnie zeznawam. Swiety Kátholicki y Apoſtolſki Rzymſki kośćiół / wßyſtkich kośćiołów mátką y miſtrzynią przyznawam: y Rzymſkiému Biſkupowi / Piotrá S. Książećiá Apoſtolſkiégo/ potomkowi/ y páná Jezuſá Kriſtuſá namiáſtkowi/ prawdźiwé poſłußeńſtwo ślubuie / y przyśiegam. Jnßé potym wßyſtkie rzeczy od Apoſtolſkich Kanonów y Concilij ſtárych powßechnégo kośćiołá oyców/ á oſobliwie od Synodu Trydentckiégo podáné / opiſáné/ y obiáśnioné / niewątpliwie przyimuie / y przyznawam: á oraz wßyſtkie ſprzeczné / tákże y kácérſtwá wßelákié od kośćiołá potepioné/ odrzuconé/ y wyklete/ ia tákże potepiam / odrzucam / y wyklinam. Te prawdźiwą Kátholicką wiáre/ mimo którą żaden zbáwionym bydź nie może / którą teraz dobrowolnie wyznawam / y prawdźiwie trzymam / też cáłą y niezgwałconą áż do oſtátniégo duchá mégo ſtátecznie / zá pomocą Bożą / trzymáć y wyznáwáć/ tákże od poddánych moich/ ábo od tych/ których ſtáránié mnie w vrzedźie moim właſnie ſłużyć bedźie / trzymáć / ćwiczyć y vczyć/ ile możnośći méy ſtawáć bedźie / ſtáráć ſie / Ja tenże N. przyrzekam/ ßlubuie / y przyśiegam: ták mi Pánie Boże dopomoż / y tá świeta Ewányelia.

Idem Germanicè.

Jch N. glaub mit veſtem glauben/ vnd bekenne alle vnd jetzliche dinge / welche begriffen werden in der bekentnüs des Glaubens/ der heiligen Römiſchen Kirchen: als nemlich. Jch glaub an einigen Gott/

gen Gott/Vater Allmechtigē/Schöpffer Himels vñ der Erden/ aller sichtbaren vnd vnsichtbaren dingen. Vnd an einen HErren Jhesum Christum den eingebornen Sohn Gottes/ vñ der von ewigkeit vom Vater geboren ist/Gott von Gott/ein Schein vom Schein/warer Gott vom waren Gott: gezeuget/nicht gemacht: eines Wesens mit Gott dem Vater/durch welchē alles erschaffen ist worden: welcher vmb vns Menschē willen/auch wegē vnsers Heils vom Himel herunter gestiegen/ empfangen vom heiligen Geist/aus Maria der Jungfrawen/vnd Mensch worden ist: gekreutziget für vns/vnter Pontio Pilato/gelitten vñ begraben/vñ am dritten Tag aufferstanden/ nach laut der heiligen Schrifft: auffgefahren gen himel/ sitzet zur rechten Hand des Vaters/ vnd wird widerumb mit Herrligkeit kommen/ zu richten die Lebendigen vnd die Todten: vnd seines Reichs wird kein ende sein. Auch an Heiligen Geist/ einen HERREN vnd lebendigmacher: der vom Vater vnd dem Sohn außgehet: der mit dem Vater vnnd dem Sohne zugleich wird angebetet vnd mitgeehret: der durch die Propheten geredt hat. Auch die eine/Heilige/allgemeine vnd Apostolische Kirchen. Jch bekenne eine Tauffe zur vergebung der sünden/ vnd warte die aufferstehung der Todten/ vnd ein ewiges zukünfftiges Leben/Amen. Jch gieb vestiglichen zu/vnd nem an/ der heiligen Apostel vnd der Kirchen angebungen/ auch andere warnemungen vnnd satzungen. Jch gieb zu/ die heilige Schrifft nach dem verstandt/ welchen gehalten hat/ vnnd noch helt/ die heilige Mutter die Kirche/welcher zustehet zu vrtheilen von dem waren verstandt/vnd außlegung der heiligen Schrifft: wil dieselbige auch nimmer anderst annemen vnd außlegen/ nur allein nach der einhelligen vbereinstimmung der Väter. Jch bekenne auch/das siebene warhafftiglich vnd eigentlich Sacramenten seind/ des newen Gesetzes/ von vnserm HERREN Jhesu Christo eingesetzt/ vnnd zum Heil des Menschlichen geschlechts/ ob gleich nicht alle/ einem jederen notdürfftig sein: Nemlich/ die Tauff/ die Firmung/ das hochwirdige Sacrament des Altars/ die Buß/die letzte Salbung/die Weihung/vñ den Ehestand:vnd das dieselbige gnade verleihen. aus diesen aber/ kan die Tauffe/ die Firmung/ vnnd die Weihung/ ohn eine Kirchenberaubung nicht widerholt werden. Gieb auch zu/ vnd neme an/ alle angenommene vnd bestettigte breuche/ aller obgemelten Sacramenten der

ten der Catholischen Kirchen/wie sie es pfleget zu brauchen. Gieb auch zu/vnd nem willig an/ alles was von der Erbsünd vnd der Rechtfertigung/in dem heiligen Tridentinischen Synodo erkleret/ vnd beschlossen ist worden. Bekenne zugleich/ das in dem Ampt der heiligen Meß geopffert wird Gott dem Allmechtigen/ das ware vnd eygentliche Sünopffer/ für die Lebendigen vnnd die Todten: vnd das in dem heiligen Sacrament des Altars/ sey warhafftig/ eigentlich/ vnd wesentlich der Leib vnd Blut Jhesu Christi/ mit der Seelen vnd mit der Gottheit: vnd das die gantze substantz des Brods/ sich verwandelt in den Leib/ vñ die gantze substantz des Weins in das Blut: welche verwandlung die Catholische Kirche Transsubstantiationem nennet/das ist/die verwandlung der Substantz. Bekenne auch/ das vnter einerley gestalt allein/genommen vnd empfangen wird/der gantze/vnd volkömliche Christus/ vnd ein warhafftiges Sacrament. Jch halt bestendiglich/das ein Fegfewer sey: vnd das den Seelen/so drinnen auffgehalten werden/ mit der Fürbit der Gläubigen geholffen wird. Deßgleichē halt ich auch/ das die Heiligen/so mit Christo herrschen/ geehret vñ angeruffen sollen werden: vnd das sie jr Gebet für vns Gott opffern: das auch jhre Gebein geehret sollen werden. Bekenne auch vestiglichen/das man die Bildnissen Jhesu Christi/ vnd der ewigbleibenden Jungfrawen vnd gebererin Gottes/ auch der andern Heiligen/ haben vnd behalten sol/ vnd jhnen gebührliche Ehr erzeigen. Bekenne auch/ das die macht der Ablaß/ von Christo der Kirchen gelassen/ vnd jhrer nutz vnd brauch dem Christen Volck sehr heilsam sey. Jch erkenne auch die heilige Catholische vnd Apostolische Römische Kirchen/für eine Mutter vnnd Meisterin aller Kirchen. Vnd verheiß/ vnnd schwere einen warhafftigen gehorsam dem Römischen Bischoff/ dem nachfolger Petri/ des Fürsten der Apostel/ vnd Stadthalter Jhesu Christi. Alles das jenige auch/ was von den heiligen Canonen/ den Oecumenischen Concilien/ vnd vornemlich was von dem Tridentinischen Synodo außgeben/beschlossen vñ erklert ist worden/ neme ich an/ vnd erkenne vnzweiffelhafftig. Zumal auch alles/das widerstreitig ist/vnd alle die ketzerey von der Kirchen verdampt/verworffen/vñ verbannet/ verdam̃e/ verwerffe/ vnd verbanne ich auch. Diesen warhafftigen Catholischen Glauben/ ausserhalb welchem keiner selig kan werden/ welchen ich inn

gegenwer-

gegenwertigkeit williglich bekeñe/ erkenne/ vñ warhafftig glaub/ eben denselbigen gantz volkömlich / vnuersehrt / biß zum letzten Geist meines lebens festiglichen/ mit Gottes hülff zu halten/ vnd zubekennen: auch von meinen Vnterthanen/ oder denen / welche mir wegen meines Ampts anligen werden / zu halten/ zu lernen/ vnd offentlich zu bekennen/als viel mir müglichen sein wird/fleissig drumb sorgen: Ich N. verheisse/ gelobe/ vnd schwer / als mir Gott helff / vnd dieses heiliges Euangelium.

His exactis, alijsq; quæ ante Absolutionem (vt suprà dictum est) sunt expedienda, absoluat illum vt sequitur.

Misereâtur tui omnípotens Deus &c. Dóminus noster Iesus Christus, qui est summus Póntifex, te absóluat. Et ego autoritáte eius,& sanctæ sedis Apostólicæ mihi ad hoc peculiáriter concéssa: absóluo te à vínculo excommunicatiónis maióris,in quam propter hęresim,(nominetur,si breuiter cõprehendi potest,) incidísti: simulq; à censûris suspensiônis & interdícti, inquantum possum & índiges. Et restítuo te in grémium Sánctæ matris Ecclésiæ Cathólicæ. Deínde absóluo te ab ómnibus peccátis tuis, in nómine ✠ Patris, & ✠ Filij, & ✠ Spíritus sancti. Pássio Dómini nostri Iesu Christi, & mérita Beatíssimæ vírginis Maríæ,omniumq; Sanctôrum, & quidquid boni féceris, vel mali sustinúeris, cedant tibi in remissiônem peccatôrum tuôrum, in augméntum grátiæ, & præmium vitæ ætérnæ. Rc. Amen. Dimittendo illum dicat: Vade in pace, & noli ámplius peccâre.

Modus Absolutionis plenariæ in Iubileo.

Misereâtur tui omnípotens Deus, & dimíssis ómnibus peccátis tuis, líberet te ab omni malo, saluet & confírmet in omni ópere bono, & perdûcat te in vitam ætérnam, Amen. Indulgéntiam absolutiónem, & remissiónem omnium peccatôrum tuôrum, tríbuat tibi omnípotens Pater, & misé-ricors Dóminus, Amen. Dóminus noster Iesus Christus, qui est summus Póntifex te absóluat. Et ego de plenitúdine

poteſtátis Apoſtólicæ, cuius autoritâte pro præſénti fungor, abſóluo te ab omni vínculo excommunicatiónis maióris & minóris, & à quibusuis participatiónibus cum excommunicátis, & ab ómnibus cenſûris Eccleſiáſticis: Et reſtítuo te ſanctis Sacraméntis Eccléſiæ, communióni, & vnitáti fidélium. Et eadem autoritâte, abſóluo te ab ómnibus peccâtis tuis, conféſſis & oblîtis, vt ſis abſolûtus hîc, & in futûro ſéculo, ante tribúnal eiúſdem Dómini noſtri Ieſu Chriſti, & viuas in ſécula ſeculôrum. In nómine Patris, & Filij, & Spíritus ſancti.

Alia forma Abſolutionis larga, qua vti poteſt Sacerdos apud infirmum in articulo mortis.

Miſereátur tui &c. Indulgéntiam &c. vt ſuprà. Dóminus noſter Ieſus Chriſtus, qui eſt ſummus Póntifex, te abſóluat ab ómnibus peccátis tuis, quæ commiſíſti cogitatiône, locutiône, ópere & omiſſiône. Et ego autoritâte omnipoténtis Dei, & eiúſdem Dómini noſtri Ieſu Chriſti, qua fungor in hac parte, abſóluo te ab ómnibus excommunicatiónis maióris & minóris, ſuſpenſiónis & interdícti, ſenténtijs & cenſûris Eccleſiáſticis, à iure vel ab hómine, contra ſciénter vel ignoránter te latis: & ab ómnibus peccátis tuis, Deo per te coram me conféſſis & oblîtis; vt ſis abſolûtus hîc, & in futûro ſéculo, ante tribúnal eiúſdem Dómini noſtri Ieſu Chriſti: Et reſtítuo te grémio ſanctæ matris Eccléſię, ac participatióni Sacramentórum. In nómine Patris, & Filij, & Spíritus ſancti.

CONFESSIO
Generalis.

Confiteor Deo omnipotenti, beatæ Mariæ ſemper virgini, beato Michaëli Archangelo, beato Ioanni Baptiſtæ, ſanctis Apoſtolis, Petro & Paulo, beato N. omnibus ſanctis, & tibi pater: quia peccaui nimis cogitatione, verbo, & opere: mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa: ideo precor beatam Mariam

Mariam ſemper virginem, beatum Michaëlem Archangelū, beatum Ioannem Baptiſtam, ſanctos Apoſtolos, Petrum & Paulum, beatum N. omnes ſanctos, & te pater, orare pro me ad dominum Deum noſtrum.

Confeßio generalis, Polonicè.

IA grzéßny człowiek/ſpowiádam ſie Pánu Bogu wßechmogącému w tróycy iedynému/ naświetßéy pánnie Máriiéy/Anyołóm Bożym/ y wßyſtkim świetym/ y tobie Kápłanie Boży/wßyſtkich grzéchow moich/ktorychem ſie dopuścił od mégo rozumu wziecia/ y od méy przeßłéy ſpowiedzi/áż do tego czáſu. Dáie ſie winien Pánu Bogu/ iżem przykazánia iego nie chował/ á zwłaſczá dwoygá/ w ktorych ſie wßyſtkie inßé zámykáią/ iżem Páná Bogá mégo nie miłował ze wßyſtkiégo ſercá mégo/ ze wßyſtkiéy duße moiéy/ ze wßyſtkiégo rozumu mégo/ y ze wßyſtkich śił moich: á bliźniégo ſwégo/iáko śiebie ſámégo. Dáie ſie winien y ſpowiádam ſie Pánu Bogu/z śiedmi grzechów głównych/z ktorych inßé wßytkie śmiertelné pochodzą/z pychy/ z łákomſtwá/ z nieczyſtośći/ z zazdrośći/ z gniewu/ z obżárſtwá/ y z leniſtwá ku ſłużbie Bożéy/ y dobrym vczynkóm. Dáie ſie też winien z pomyślenia/ mowy/ y vczynków wßelákich: y też z pięći ſmyſłów ćiáłá mégo grzeßnégo/z widzenia/ z ſłyßenia/ z vkußenia/ z powonienia/ z dotykánia/ ktorychem ná márnośći tego świátá/ á z pogorßeniém bliźniégo ſwégo/ á nie ku chwale Bożéy vżywał: czego mi żal. A poſpolićie dáie ſie winien temuż Pánu á ſtworzyćielowi mému/ ze wßyſtkich grzéchów moich śmiertelnych/ powßednich/ włáſnych/ cudzych/ y zápámietáłych. Z dobrych vczynków opuſczonych y nieprzyſtoynie czynionych. Ktoré wßyſtki grzéchy moié Pan Bóg ná mie lepiey wié/ niżli ſie ich ia vmiem ſpowiádáć. Niewątpie iednák nic w miłośierdziu páńſkim/ przez męke Páná á odkupićielá mégo Jezu Kriſtá: y proße ſobie ná pomoc przyczyny y záſługi naświetßéy Pánny Máriiéy/ ze wßyſtkimi Anyoły y świetémi Bożémi/ áby mie Pan Bóg nie raczył ſedźić według ćieżkich á ſproſnych grzéchów moich/ ále áby mi ie raczył odpuśćić według ſwégo wielkiégo y niezmiernégo miłośierdźia. *Biiąc ſie w pierśi mówćie nabożnie:* Boże Bądź miłośćiw mnie grzeßnému.

Germanicè.

Ich armer sündiger Mensch / bekenne vnnd gebe mich schüldig Gott dem Allmechtigen / der heiligen Jungfrawen Maria / allen lieben Engeln vnd Heiligen Gottes / vnd euch Priester / aller meiner sünden / welche ich begangen habe / von meinen kindlichen tagen an / von meiner nechst vergangenen Beicht / biß auff diese stunde. Ich bekenne vnd geb mich schüldig Gott dem Allmechtigen / das ich seine Gebot nicht gehalten hab / sonderlich zwey / in welchen die andern alle begriffen seind: das ich Gott meinen Herren nicht geliebet habe von grund meines hertzens / von gantzem meinem gemüt / von allen meinen krefften: vnd meinen Nechsten als mich selbst. Bekenne vnd geb mich schüldig Gott dem Allmechtigen der sieben Hauptsünden / aus welchen die andern Todsünde alle jhren vrsprung haben: der Hoffart / des Geitzes / der Vnkeuschheit / des Neids / des Zorns / der Volbrichtigkeit / vñ der Faulhiet zum dienst Gottes vnd gutten Wercken. Geb mich schüldig aller Gedancken / Wort / vnd Wercke: so wol auch meiner fünff Sinnen / des sehens / des hörens / des schmeckens / des riechens / vñ des greiffens / welche ich gebraucht habe zur vergebligkeit der Welt / mit ergernüs meines Nechsten / vnd nicht zum lob Gottes: des ich gros hertzenleid habe. In gemein aber / geb ich mich schüldig / eben diesem meinem Herren vnd Schöpffer / aller meiner andern sünden / sie seind tödlich / oder teglich / mein eygen / frembd / oder vnwissentlich / auch der nachlessigkeit der gutten Werck / vñ jhrer mißbrauch: wie dann die Sünde Gott meinem Herren besser bewust sein / dañ das ich mich derer schüldig geben kan. Zweiffel derohalben nicht an der Gnade vnd Barmhertzigkeit Gottes / durch das Leyden vnd verdienst meines Erlösers vnd Seligmachers Jhesu Christi: vnd bitt zu hülff die vorbitt vnd verdienst der heiligen Jungfrawen Maria / sampt allen Engeln vnd Heiligen Gottes / das mich Gott mein HERR / nicht richten wolte nach verdienst meiner grossen vñ schweren sünden: sondern vielmehr / das er mir dieselbigen aus gnade vnd vnaußmeßlicher seiner Barmhertzigkeit / vergeben vnd verzeihen wolte. Als dann schlage sich auff die Brust / vnd spreche mit grosser andacht: O Herr mein Gott / biß gnedig vñ barmhertzig mir armen Sünder.

Hæc confeßionis generalis formula, superuacanea est in priuata Sacramentali confeßione, vbi enumerationem singularium peccatorum

catorum neceſſariam iſta generalitate plerunq; inuoluunt. Multò minus per eam expediri debent ſimul plurimi tempore Paſchali, vt quidam ſacrilegi potius, quàm ignaui ſacerdotes factitant. Sed eius vſus eſſe debet poſt contionem, ad excitandam memoriam peccatorum, eorumq; contritionem cum propoſito confitendi ante orationem in Miſſa neceſſariam: quod etiam monendus eſt populus: ideo non debet ſuccedere abſolutio; ſed tantùm, *Miſereatur veſtri omnipotens Deus. &c.*

DE SACRATISSIMO EVCHARISTIÆ SACRAMENTO.



Ractatus de hac materia bipartitus eſt: de Sacrificio videlicet, & de ipſo, quod in eo conficitur, Euchariſtiæ Sacramento. Quamùis igitur ſufficeret in hoc libro præſcribere ſolum ritum adminiſtrandi eiuſdem Sacramenti, præſertim tempore Paſchali, quo Chriſtiani omnes, & ſinguli ad communionem ſacram præcepto Eccleſiæ adſtringuntur; viſum tamen eſt propter rudiores iſtum tractatum, methodo initiò propoſita breuiter perſtringere: nimirum eiuſdem Sacramenti Materiam, Formam, Miniſtrum, Suſcipientem, Effectum, ipſumque diſpenſandi modum.

DE MATERIA.

MAteria Euchariſtiæ Sacramenti eſt panis triticeus, ex farina frumenti: quamùis in varijs terris forma eiuſdem tritici varia interdum reperiatur, modò tritici ſpeciem habeat. Extra hanc materiam ſunt, far, hordeum, milium, cicer, fabæ, & alia legumina vel frumenta, quamùis eorum in conficiendo pane vſus habeatur. Subactio autem debet eſſe aqua naturali elementari. Alio liquore, quamùis eum vſus humanus admitteret, ſubactus panis, quamùis valeret ad Sacramentum; tamen ſine grauiſsimo peccato

extra

extra ſummam neceſsitatem admitti non poſſet. Præterea panis iſte debet eſſe azymus. Quamùis enim Græci in fermentato conſecrent; Latinæ tamen Eccleſiæ facto Chriſti & ſcripturæ ſacræ melius ſeſe conformantes, ſub pœna ſuſpenſionis talem conſecrationem prohibent. Altera pars materięi ad conſecrationem & ſacrificium neceſſaria, eſt vinum vitis cuiuſcunq; nominis, regionis, coloris, vel ſaporis; etiam ſi ſit muſtum, tempore neceſsitatis, vel ex botro in calicem exprimatur; modò in fæcem, acetum, vel in aliam à vino formam non degeneret. In alio liquore, quamùis ex vuis vel fructibus exprimatur, non tenet Sacramentum. Ex traditione autē Eccleſiæ à Chriſto ipſo accepta, debet vino immiſçeri modicū aquæ naturalis elementaris. Extra hanc materiā non teneret conſecratio: vel eſſet dubia, ſi quoque materia dubia cenſeretur.

De forma Sacramenti Euchariſtiæ.

Forma, ex facto & doctrina Chriſti per Apoſtolos in Eccleſia relicta, eſt prolatio cum intentione Sacerdotis verborum. Supra panem quidem: *Hoc eſt enim corpus meum.* ſupra calicem autem: *Hic eſt enim calix ſanguinis mei, noui & æterni teſtamenti, myſterium fidei: qui pro vobis, & pro multis effundetur, in remiſsionem peccatorum.* Cùm autem virtute horum verborum panis & vinum in corpus cum ſanguine Chriſti trāſſubſtantientur; nefas omninò eſt aliquid ex illis omittere, addere, vel immutare. Niſi omiſsio ſit ſolius particulæ (*enim*) vel additio, quę potius ſenſum augeret quàm minueret. Quod tamen grauiſsimum eſſet ſacrilegium, & benè examinandum, an teneret conſecratio necné. Pronomen Demonſtratiuum (*Hoc*) cùm denotet ipſam rem conſecratam præſentem, & ſenſibus ſubiectam, oportet vt materia ſit eodem modo præſens, certa, & determinata. De quo, & alijs, caſus ſpeciales petendi ſunt ex Miſſali Romano, de defectu intentionis.

De ministro Sacramenti Euchariſtiæ.

Tanti

TAnti ſacrificij & Sacramenti Miniſter, eſt ſolus ſacerdos legitimè ordinatus, habens intentionem ſi non actualem, ſaltem virtualem conſecrandi, ſicut Chriſtus conſecrauit, & conſecrandum inſtituit, dicens: *Hoc facite in mei commemorationem.* Vnde conſtat, quòd non tenet conſecratio facta à laico, vel etiam clerico, in prima tonſura, minoribus, vel prioribus duobus maioribus ordinibus conſtituto. Deinde, quamùis ſit Sacerdos, ſed hæreticus, ſchiſmaticus, apoſtata, vel quoùis modo excommunicatus, ſuſpenſus, interdictus, irregularis; conficit quidem Sacramentum, quia character presbyterij manet indelebilis, ſed grauiſsimè peccat ſic conſecrando: & ſi innodatus prioribus ex dictis cenſuris conſecrat, fit ipſo facto irregularis. Similiter eiuſdem peccati ſunt participes, qui ſcienter à tali Euchariſtiam percipiunt: & qui audiunt Miſſam eius, quem ſciunt eſſe hæreticum, publicè excommunicatum, & notorium concubinarium. Ex quo ſequitur, hæreticos miniſtros, apoſtatas, & alios ab Eccleſia extorres, vel Sacramentum prorſus non conficere cùm ſint laici, vel illegitimè ordinati: vel quamùis conficiant, tamen peccant, & in peccatum inducant, potius quàm bonam Euchariſtiæ gratiam concilient.

DE SVSCIPIENTE EVCHARISTIAM.

PRimò: Suſcipiens Euchariſtiam, debet habere eam ætatem, & diſcretionem, vt poſsit dijudicare corpus Domini. Secundò, debet etiam eſſe baptizatus, & Eccleſiæ reconciliatus, ſi fuerit hæreticus, ſchiſmaticus, apoſtata, excommunicatus, vel aliqua cenſura culpabili irretitus. Tertiò, ſi eſt in peccato mortali, debet confiteri & abſolui: ſi verò tunc rationabiliter confiteri non poteſt, & neceſsitas communicandi vrget; debet eſſe contritus, vel ſic attritus, vt ſeſe reputet contritum, cum propoſito prima opportunitate confitendi. Quartò, excluduntur etiam ab hac menſa obſeſsi à dœmone, amentes, & furioſi: niſi habeant ſana interualla, in quibus habeant diſcretionem & deuotionem ad hoc Sacramentum, nec irreuerentia in ſumendo timeatur. Quintò, debet eſſe ieiunus ieiunio naturæ, vt prorſus nihil per modum

cibi, potus, vel medicinæ deglutiuerit: nisi fortè per modum saliuæ modicum quid illaberetur. Si autem quis sæpius sacrificandi vel communicandi necessitatem vel deuotionem habens ieiunare diu non possit; sufficit ei, vt à media nocte nihil prorsus deglutiuerit, vt dictum est. Infirmi autem, præsertim in periculo vel necessitate, etiam post refectionem vel medicinam, seruato interuallo quantum fieri possit, non prohibentur communicare. Sextò, pollutio carnalis voluntaria per actum illicitum, vel etiam inuoluntaria nocturna, quæ sit peccatum, vel ex causa peccati mortalis processit, impedit communionem per 24. horas, nisi grauis necessitas vel feruens deuotio communicandi vrgeat, præmissa confessione, vel tali contritione, vt suprà dictum est. Si autem esset pollutio cum legitima coniuge, propter redditionem, vel etiam pudicam petitionem debiti coniugalis; tunc non impedit, nisi ex decentia, secundùm feruorem ad perceptionem talis Sacramenti. Septimò, publici & notorij peccatores, nisi per pœnitentiam relinquerint peccata, & satisfecerint, non sunt ad communionem admittendi. Si autem peccator soli Sacerdoti & non omnibus est manifestus: si petit priuatim, arcendus est: si publicè, & non potest differri ad admonitionem, non est ei communio deneganda; ne per hoc, peccatum alioqui occultum, cum eius infamia reueletur.

De effectibvs Evcharistiæ.

HVius Sacramenti effectus excellentissimus est, vnio videlicet dignè sumentis cum Christo, sicut ipse dixit: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Quomodo autem Christus cum seipso non omnia alia bona nobis donauit: ideò talis vnionis gratiam, sequuntur in anima omnes effectus, quos cibus & potus operantur in corpore: nimirum spiritualis nutritio, sustentando, augendo, reparando, & delectando: gratia denique, dona, & virtutes infusæ: remissio peccatorum venialium, & etiam mortalium, si quis accedit contritus, vel attritus, reputans se esse contritum: pœnarum temporalium ex parte remissio: imminutio fomitis & concupiscentiæ: illuminatio

mentis,

mentis, deuotionis & charitatis feruor: & tandem quæ hæc conſequitur, vita æterna, iuxta verba Saluatoris: Qui manducat me, ipſe viuet propter me. Dicitur etiam hoc Sacramentum viaticum: quia hoc cibo & potu homo ſuſtentatus, grandem illam viam ad æternam ſalutem feliciter abſoluit. Hi effectus breuiter comprehenſi ſunt Pſalmo 22. Dominus regit me, & nihil mihi deerit &c. vel ſequentibus verſiculis:

Inflammat, memorat, ſuſtentat, roborat, auget
Hoſtia ſpem: purgat, reficit, vitam dat, & vnit:
Confirmatq; fidem, minuit fomitem, atq; remittit:
Roborat, augmentat, hoc ſacrum, delet, & vnit.

MODVS COMMVNICANDI POPVLVM in Eccleſia, tam Paſchali, quàm alijs temporibus.

Canon Concilij Lateraneñ: ſub Innocentio 3. de præcepto confitendi & communicandi, ſaltem ſemel in anno cap. 21. de pœnit. & remiſſ.

Omnis vtriuſque ſexus fidelis, poſtquam ad annos diſcretionis peruenerit, omnia ſua ſolus peccata confiteatur fideliter, ſaltem ſemel in anno, proprio ſacerdoti: & iniunctam ſibi pœnitentiam ſtudeat pro viribus adimplere: Suſcipiens reuerenter ad minus in Paſcha Euchariſtiæ Sacramentum: niſi fortè de conſilio proprij ſacerdotis, ob aliquam rationabilem cauſam, ad tempus ab eius perceptione duxerit abſtinendum. Alioqui & viuens ab Eccleſiæ ingreſſu arceatur, & moriens chriſtiana careat ſepultura. Vnde hoc ſalutare ſtatutum frequenter in Eccleſijs publicetur, ne quiſpiam ignorantiæ cæcitate velamen excuſationis aſſumat. Si quis autem alieno ſacerdoti voluerit iuſta de cauſa confiteri peccata, licentiam prius poſtulet, & obtineat à proprio ſacerdote: cùm aliter ipſum non poſsit ſoluere vel ligare. Quod Decretum approbauit S. Concilium Tridentinum Seſſ: 13. Can: 9. & Seſſ: 14. cap. 5. Ideo Parochi & Concionatores debent eundem populo publicare, præſertim ante tempus paſchale, vt ſubditi in proprijs Eccleſijs

tunc communicantes: ſaltem etiã eodem tempore in eiſdem confiteantur: Aliqui enim vitam tranſigunt nunquam in propria Eccleſia confeſsi: ita vt paſtores vultum proprij pecoris non cognoſcant: vel ſi alienis (approbatis tamen, in quo cauti ſint) confitentur, tunc afferant teſtimonium abſolutionis ſuæ: ne hoc prætextu infideles, hæretici, excommunicati, vel peccatores obſtinati, & non confeſsi Euchariſtiam ſumentes, ei contumeliam inferant. Cui incommodo expediret, vt in aliqua ſynodo publicum conſilium & remedium afferetur. Interea autem commodiſsimum foret, vt confeſſarij extraordinarij approbati, acciperent à Parocho certas notas ex metallo vel cera, quas abſoluti accipientes circa communionem redderent.

Porrò, ipſius communionis Euchariſtiæ in Eccleſia, hic ritus ſeruetur.

SAcerdos reconciliatis pœnitentibus, debet ſe ad Miſſam præparare, & tot hoſtias conſecrare, quot percepturis ſufficere computat, vel paulò plus: vt in ſacrario ſemper aſſeruetur Euchariſtia pro adoratione, & emergenti vſu: quam debet ſingulis ad minus duabus ſeptimanis, veteri reuerenter in communione Miſſæ conſumpta, renouare. Poſt communionem in Miſſa, ſi commodum eſt, alioqui ea finita, retentis paramentis, vel ſi non celebrauit, indutus ſuperpilicio cum ſtola, cæreisq;, vel ad minus vno accenſo, conuerſus ad communicandos genuflexos, ſi expedire videt, vel ſi contionem non pręmiſit, admoneat eos breuiſsimè ad deuotã & dignam tanti ſacramenti ſuſceptionem. Poſtea, ſi omnes vel aliqui eorum longiori mora interpoſita ſunt cõfeſsi, poterit eos excitare ad contritionem, præfando illis confeſsionem breuem generalem. Qua finita, dicat: *Miſereatur &c.* & *Indulgentiam &c.* addita in fine S. Crucis benedictione. Et ſi tempus patitur, poterit ad libitum addere ſequentem Orationem.

Ver: Dominus vobiſcum:
Reſ: Et cum Spiritu tuo.

Orémus.

Orémus. DEus infirmitátis & fragilitátis humánæ præsídium, da fámulis famulabusq; tuis: vt miſericórdiæ, & redemptiónis tuæ abũdántia, relíquias ſi quę ſunt maculârum, ex córdibus ſuis emúndent, & dignum maieſtátis tuæ diuínæ habitáculum éffici mereántur. Per Chriſtum Dñm noſtrum.

SI autem communicandi, nec admonitione, nec iam dicta generali reconciliatione indigent; ſufficiet vt ſolus miniſtrans dicat Latinè confeſsionem generalem, cui ad libitum vel opportunitatem addentur deprecationes & Oratio ſuprà poſita.

His exactis, Sacerdos profundè inclinatus, accipiat hoſtiàs ſacras in calicem, vel patinam capaciorem ne dilabantur: vnaq; hoſtia ſupra calicem eleuata, conuerſus ad populum vt illam adoret (quia ſecundùm Auguſtinum nemo illam carnem manducat, niſi prius adorauerit) faciat cum illa ſignum Crucis dicendo: Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi: vel ſi populus rudior eſt, loco huius dicat:

Polo: Báránku Boży / ktory gládźiſz grzechy świátá / ſmiluy ſie nád námi.

Germ: O du Lamb Gottes / das du tregſt die Sünde der Welt / erbarm dich vnſer.

Deinde moneat, vt dicant ſequentẽ orationẽ, ter repetendo, & pectus tundendo: Dómine non ſum dignus, vt intres ſub tectũ meũ: ſed tantùm dic verbo, & ſanábitur ánima mea.

Polo: Pánie Jezu Kryſte / nie ieſtem godźien (godná) iżebyś wſzedł do przybytku mégo: ále rzekni tylko ſłowem / á bedźie zbáwioná duſzá moiá.

Ger: O HERRE Jheſu Chriſte / ich bin nicht wirdig / das du eingeheſt vnter mein Dach / ſondern ſprich mit einem Wort / ſo wird meine Seel geſundt.

Hoc dicto, det ſingulis ordine hoſtiam, non faciendo nouam crucem, ſed tantùm dicendo: Corpus & ſanguis Dómini noſtri Ieſu Chriſti, proficiat tibi in vitam æternam, Amẽ. Vel ſi populus eſt rudior, ad eius maiorem deuotionem, idipſum dicat: lingua vulgari.

Polo: Ciało y krew pána nászego Jezusá Krystusá / niech cie sprawuie do żywotá wiecznégo / Amen.

Germ: Der Leib vnd das Blut vnsers HErren Jhesu Christi / bewar dich zum Ewigen leben / Amen.

Ministrans autem habeat calicem prophanatum, vel melius alterius generis poculum, ne vini consecrati opinio obrepat, vino, vel si deest, aqua impletum: & singulis qui volent sumere ablutionem, eodem ordine in manus eorum, nisi sint simplices vel pueri, porrigat. Qui surgant, & alij in locum illorum bono ordine, sine tumultu, & irreuerentia succedant. Quando omnes expediti fuerint, sacerdos reponendo reliquum Eucharistiæ, interea dicat priuatim:

O sacrum conuíuium, in quo Christus súmitur, recólitur memória passiónis eius, mens implêtur grátia, & futûræ glóriæ nobis pignus datur.

Postea conuersus ad populum dicat voce intelligibili.

Ver: Panem cœli dedit eis. Res: Panem angelorum manducauit homo. Extra quadragesimam additur, Alleluia.

Orémus. DEus, qui nobis sub sacraménto mirábili passiônis tuæ memóriam reliquísti: tríbue quæsumus, ita nos córporis & sánguinis tui sacra mystéria venerâri, vt redemptiónis tuæ fructum in nobis iúgiter sentiámus. Per Dñm.

Tempore autem Paschali sub vna conclusione addatur sequens Collectà:

Spíritum nobis Dómine tuæ charitátis infúnde, vt quos sacraméntis Paschálibus satiásti, tua fácias pietâte concórdes. Per Dominum &c. Postremò benedicatur populus dicendo.

Et benedíctio Dei omnipoténtis Pa ✠ tris, & Fí ✠ lij, & Spíritus ✠ sancti, descéndat super vos, & máneat semper, A.

In priuata, vel pauciorum communione: vel si deest tempus, aut commoditas, poterint alia prætermitti, seruatis ijs, quę hucusq; fuerunt in administranda communione vsitata.

MODVS COMMVNICANDI infirmum in domo.

CVM in periculo mortis, chriſtianus teneatur ex præcepto, & ſalutis ſuæ neceſsitate, ſumere ſacram Euchariſtiam, admoneantur ſæpius fideles in ſacris concionibus, vt initiò infirmitatis ſuæ, antequàm grauitas morbi occupet, ad Deum per pœnitentiam, & viatici ſpiritualis ſumptionem recurrant. Medici quoque, ne ante hoc, curam corporalem illis impendant: iuxta decretum Concilij Lateraneñ: Can. 22. Cùm infirmitas. Ipſe etiam Parochus vel curæ animarum intendens, non ſemper expectata vocatione, ægrotos præſertim ſibi ſubditos viſitet; & pia conuerſatione beneuolentiam ſibi apud eos conciliet, qua ad remedium animæ, ab eo percipiendum alacriores reddantur. Moneat etiam Chriſti fideles, ne ſegnes ſint ad comitandum venerabile Sacramentum, quoties ad infirmos defertur. Hoc enim eſt valdè vtile, & ipſi infirmo, qui aliorum precibus multùm poteſt adiuuari: & ipſis qui hoc officium præſtant: qui nouiſsima quoque ſua ad mentem reuocare poſſunt, & præmium à Deo pro opere miſericordiæ impenſo, ſuo tempore reportabunt: & inſuper ab Eccleſia indulgentias lucrantur: ducentorum quidem dierum qui cum luminibus, centum autem qui abſque ipſis, venerabile Sacramentũ deuotè proſequuntur.

Sacerdos igitur ad communicandum infirmum vocatus, ſi cõmodò poteſt, prius eum priuatim conueniat, & conſcientia eius blandè examinata, vt in ſacramento pœnitentiæ dictum eſt, confeſsionem & abſolutionem expediat: ne diutiùs Euchariſtiam, eamq; comitantes, ibi detineat; niſi fortè loci magna diſtantia, vel alia cauſa rationabilis, ſimul & confeſsionẽ, & cõmunionem perficere cogat. Delaturus autẽ Euchariſtiam, induat ſuperpilicio & ſtola; & in pixidem, ad hunc vſum accõmodatam, reponat tot hoſtias, vt vna ſaltem in reditu propter adorationẽ remaneat. Si tamen in locum multùm diſtantem eundum eſſet, ſine luminibus, & apparatu Eccleſiaſtico; ſufficeret tantùm hoſtias ad vſum neceſſarias accipere, vt domum, ſine aliqua nota deportatæ Euchariſtiæ reuertatur. Curandum eſt autem, vt quàm honorificentiſsimo apparatu res tantæ maieſtatis deferatur. Præferendæ igitur ſunt faces, vel laternæ ardentes, cum ſonitu campanulæ, & cantu huic ſacra-

mento conuenienti. Cuius rei miniſtros conueniret eſſe ſuperpiliciatos, & vbi ſumptus ſuppetit, baldachinum quoque eſſet ſupra Sacerdotem hoc pignus ſacrum deportantem deferendum. Qui teneat ante pectus ſuum pixidem, velo aliquo honeſto, ſi habetur ex humeris dependente contectam. Eundo autem dicat Pſalmum, Miſerere, & alios pœnitentiales, vel quos tenet memoria. Intereà in habitatione infirmi, præparetur menſa mundo linteo cooperta, cum cæreis accenſis, & cyathis duobus, in quorum vno vini ſi haberi poteſt, in altero aquæ modicum contineatur.

Ingreſſus igitur Sacerdos in habitationem infirmi cum Euchariſtia ſacra, dicat: Pax huic domui. Reſp: miniſtri: Et omnibus habitantibus in ea. Et depoſito ſuper menſam tabernaculo, cũ Euchariſtia, eoq; genuflexione adorato, aſpergat infirmum aqua benedicta ſi habetur (quæ ſanè non ſolum ægris, ſed etiam ſanis domi familiaris eſſe debet) dicendo: Aſperges me. &c. cum reliquis. Poſteà dicat.

Ver: Saluum fac ſeruum tuum, (ancillã tuam:) Reſ: Deus meus ſperantem in te. Ver: Mitte ei Dñe auxilium de ſancto: Reſ: Et de Sion tuêre illum (illam.) Ver: Nihil proficiat inimicus in eo: (ea:) Reſ: Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. Ver: Eſto ei Domine turris fortitudinis: Reſ: A facie inimici. Ver: Domine exaudi orationem meam: Reſ: Et clamor meus ad te veniat. Ver: Dominus vobiſcum: Reſ: Et cum Spiritu tuo.

Orémus. Omnípotens & miséricors Deus, quæſumus immenſam pietátem tuam, vt ad intróitum humilitátis noſtræ, fámulum (lam) tuum (tuam) N. in hoc habitáculo ægrotántem, ſalutíferè viſitáre dignêris: ſicut viſitáſti Tobiam, & Saram, ſocrum Petri, & ſeruum Centuriónis: vt ſanitáte ánimæ & córporis, per tuam viſitatiónem recépta, gratiârum tibi actiónem in Ecclésia réferat. Per Chriſtum Dñm. no. A.

Poſthæc moneat infirmum, vt per ſe, vel cum Sacerdotè dicat: Pater noſter, Aue, & ſi poteſt Credo. Quod ipſum faciant & aſſieſtntes, referendo ſuam orationem ad ſacramenti

menti venerabilis adorationem, & ipſius infirmi ſanitatem animæ, & ſi Deo placuerit, corporis conſequendam. Si conſcientiam infirmi nondum habet ſacerdos exploratam,(ſi cōmodè poterit, aliàs omittat: interroget ſecretò & breuiter perſonam, quæ magis infirmo coniuncta eſt, vel familiaris, eſſentné aliqua, in quibus ægrum ſi obliuiſcatur, admoneri oporteat. Et ſi confeſſionem nondum abſoluerat, iubeat omnes exire; niſi fortè circa fœminas aliquem à longè aſtare conueniat: & quàm breuiſſimè cum infirmo agat: audiendo pacificè, quæ ipſe loquatur: & prudenter ſuggerendo quæ omiſſurus, vel oblitürus videretur: vt in confeſsionis inſtructione ſuprà dictum eſt. Maximè autem examinet integritatem fidei Catholicę, cenſuras Eccleſiaſticas, & ea, quæ ad reſtitutionem & reconciliationē pacis cum proximo pertinent; habita ratione exceſſuum, qui maximè ſtatui infirmi poſſunt congruere. Exacta confeſsione, imponat pœnitentiam breuem, tamen feruentem, quàm ſtatim explere poſſit: maximè ſi debilis eſt. Poſteà dicat: Miſereatur &c. & formam abſolutionis ſuprà ſuo loco poſitam. Si autem æger videtur eſſe in articulo vel periculo mortis, habebit confeſſor in abſoluēdo rationem cenſurarum Eccleſiaſticarum, per pleniorem abſoluendi formulam, vt dictum eſt in tractatu abſolutionis. Poſteà reuocatis qui exierant, & genuflexis, Sacerdos eximit Euchariſtiam ſacram profundè adorando: & hoſtiam ſuper patinam tenens, ſignoq; crucis cum illa verſus infirmum facto, dicat: Ver: Exúrgat Deus, & diſſipéntur inimíci eius: & fúgiant qui odérunt eum à fácie eius. Iuſti autem epuléntur, & exúltent in conſpéctu Dei, & delecténtur in lætítia. Dehinc alloquatur infirmum:

Credisné ſub hac ſpecie contineri Chriſtum Dei filium ſaluatôrem mundi, cibum viuificantem? Reſp: Credo.

Polo: A wierzyſz/ że pod tą oſobą ieſt Kryſtus ſyn Boży/ zbáwiciel świátá/ y pokarm odżywiáiący? Reſ: Wierzę,

Germ:

57

Germ: Glaubſt du auch/ das vnter dieſer geſtalt ſey Chriſtus der Sohn Gottes / ſeligmacher der Welt / vnd ein lebendigmachende Speiſe? Reſ: Ja ich glaube.

Dic ergo mecum, tundendo pectus ſi potes: Dómine, non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum: ſed tantùm dic verbo, & ſanábitur ánima mea. *Polonicè ſic.*

Mow zá mną/bijąc ſye w pierśi/ieſli możeſz. Pánie Jezu Kriſte/ nie ieſtem godźien (godná) iżebyś wſzedł do przybytku mégo: ále rzekni tylko ſłowem/ á bedźie zbáwioná duſzá moiá.

Germanicè ſic:

Sprech mir nach / ſchlagende dich auff die Bruſt / ſo du kanſt. O HERRE Jheſu Chriſte/ich bins nicht wirdig/das du eingeheſt vnter mein Dach/ ſondern ſprich mit einem Wort / ſo wird meine Seel geſundt.

Deinde prudenter propter periculum vomitus, vel alterius irreuerentiæ, det in os infirmi hoſtiam ſacram, dicendo: Accipe frater, vel ſoror, in viáticum, córpus Dómini noſtri Ieſu Chriſti, qui te cuſtódiat ab hoſte malígno, & perdúcat te in vitam ætérnam, Amen. Et ablutis digitis in modico vini, vel aquæ, ſi æger vino abſtinet, det illi ablutionem. Si periculum eſſet vomitus, oſtendat illi tantùm Euchariſtiam ad adorandum, & ſpiritualiter per fidem cum bona intentione accipiendum: iuxta illud Auguſtini: Vt quid paras dentem, & ventrem? Crede, & manducaſti. Reponens autem Euchariſtiam in pixidem, dicat: O ſacrum conuiuium &c. cum ſuo verſu. Et conuerſus ad populum dicat Collectam: Deus qui nobis ſub ſacramento &c. vt ſuprà fol. 108. Deinde dicat:

Ver: Dominus vobiſcum: Reſ: Et cum ſpiritu tuo.
Ver: Sequentia ſancti Euangelij ſecundùm Marcum.
Reſ: Gloria tibi Domine.

Recumbéntibus illis vndecim appáruit, & exprobrâuit incredulitátem eórum, & durítiam cordis: quia ijs, qui víderāt eum reſurrexíſſe, non credidérunt. Et dixit eis, Eúntes in mundum

mundum vniuérſum, prædicáte Euangélium omni creatúrę. Qui credíderit, & baptizátus fúerit, ſaluus erit: qui verò non credíderit, condemnábitur. Signa autem eos qui credíderint, hæc ſequéntur: In nómine meo dœmonia eijcient: linguis loquéntur nouis: ſerpéntes tollent: & ſi mortíferum quid bíberint, non eis nocébit: ſuper ægrôtos manus impónent, & benè habébunt. Hic Sacerdos accedens, imponat vtramque manum capiti ægrotantis, & valedicat, conſoleturque illum exhortando maximè ad patientiam, & diuinę voluntati reſignationem. Tunc adorato & recepto Sacramento, conuerſus cum illo verſus ægrum & aſtantes, dicat: Pax, & benedíctio Dei omnipoténtis Patris, & Filij, & Spíritus ſancti, deſcéndat ſuper vos, & máneat ſemper. Et facto ſemel ſigno cum tabernaculo Euchariſtiæ, reuertatur ritu ſuprà ſcripto ad Eccleſiam: in qua ſimilem benedictionem comitantibus Euchariſtiam aſſeruando illam faciet.

DE SACRAMENTO EXTREMÆ VNCTIONIS.

SAcramentum hoc inſtitutum eſt à Chriſto, quando Marci cap. 6. iuſsit diſcipulis ſuis ad prædicandum miſsis, inungere oleo infirmos: qui ritus nullo modo erat legalis, ſed initio prædicationis Euangelicæ adinuentus. Promulgatum autem eſt ab Apoſtolis, Iacobi cap. 5. Infirmatur quis in vobis; inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini. &c. De illius igitur partibus ordine propoſito videamus.

DE MATERIA EXTREMÆ VNCTIONIS.

MAteria huius Sacramenti eſt oleum oliuæ, & non aliud, ab Epiſcopo benedictum: quod vocatur oleum infirmorum, ad differentiam olei catechumenorum circa baptiſmum vſitati. Si verò

verò quis per imprudentiã alio præ altero abuſus eſſet; talis error noua vnctione cautè eſſet ſupplendus. Si illud ante renouationem exſiccari contigerit, craſſum quod remanſit, nouo puro oleo oliuæ eſt refouendum, ſicut & oleum Catechumenorum, & ipſum ſacrum Chriſma.

De Forma.

Forma, eſt inunctio Sacerdotis iam dicto oleo, cum prolatione horum verborum: *Per iſtam vnctionem, & ſuam pijſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Deus, quidquid deliquiſti per viſum:* & ſic de alijs membris ſeu partibus, vt infrà dicetur.

De Ministro.

Sacerdos, & multò eminentius Epiſcopus, ſi occaſio fert, miniſter eſt huius Sacramenti: quos S. Iacobus Presbyteros nominauit. Quamùis autem propter maiorem deuotionem plures bonum ſit adeſſe; tamen vnus ſufficit ad ipſum Sacramentum adminiſtrandum: reliqui verò ipſum reſpondendo & orando adiuuent.

De effectibvs eivsdem Sacramenti.

S. Iacobus cap. 5. ſuæ Canonicæ, breuiſsimè complexus eſt hos effectus, dicendo: Oratio fidei ſaluabit infirmũ, & alleuiabit eum Dominus: & ſi in peccatis ſit, remittentur ei. Ex quo colliguntur iſti octo effectus. Primus eſt ſanatio, & quædam conſolidatio ſpiritualis (ſecundùm D. Thomam) eius inhabitudinis, & debilitatis, quæ ex peccato originali, vel actuali quamùis remiſſo, manſit contracta. Secundus effectus, eſt ſanitas corporalis, ſi diuina ſapientia nouerit eam infirmo expedire. Tertius, remiſsio peccatorum venialium, vel mortalium, oblitorum, vel non conſideratorum. Quartus, eſt diminutio pœnæ temporalis, peccato mortali, quamùis abſoluto, plerunque debitæ. Quintus, eſt augmentum gratiæ, quę in hoc Sacramento confertur & augetur, & conſequenter gloriæ: niſi ponatur obex, culpa ſuſcipientis. Sextus, interior lætitia,

tia, & robur contra dœmonis insidias, quæ potissimùm tunc inualescunt. Septimus, est arctatio Diabolicæ potestatis, quæ refrænatur virtute huius Sacramenti. Octauus, est protestatio consummatæ militiæ huius vitæ, qua ad futuram, forti depugnatione per vnctionem designata, ad æternam vitam commigratur.

De svscipientibvs hoc Sacramentum.

1. Hoc Sacramentum conferri debet infirmis in periculo mortis constitutis, nec tamen obseruari debet tempus, in quo sit de infirmi salute desperatum, ita vt sensibus carere incipiat: constat enim, ad vberiorem Sacramenti gratiam percipiendam plurimùm valere, si ægrotus liniatur, cùm in eo integra mens, & ratio vigent, vt fidem, & religiosam voluntatem afferat.

2. Nemini, qui graui morbo affectus non sit, Sacramentum Vnctionis dare licet, quamùis periculum mortis adeat: vel quia periculosam nauigationem parat: vel quia prælium initurus sit, à quo certa mors illi impendeat: vel etiamsi capitis damnatus, ad supplicium raperetur.

3. Pueri, qui carent vsu rationis, aut amentes, qui ab ipso ortu nunquam fuerunt mentis compotes, vngendi non sunt. Qua verò ætate pueris conceditur sacra communio, vnctio quoque concedenda est.

4. Amentes & furiosi, habentes interdum rationis vsum, si eo potissimùm tempore piam animi significationem dederunt, aut petierunt, vt sacro oleo vngerentur: postea, licèt in furorem, aut insaniam incidant; vngendi sunt.

5. Licèt Sacramentum extremæ vnctionis regulariter post pœnitentiam & Eucharistiam ministrari debeat; ei tamen, qui ob insaniam, furorem, vel alium morbum, hæc Sacramenta recipere non potest, conferenda est extrema vnctio, sine præuia confessione, vel Eucharistiæ sumptione. Quamùis antequam insaniret, aut loquelam amitteret, non petierit: si tamen erat bonæ vitæ: quia non præsumitur immemor suæ salutis in morte plus quàm in vita.

Vnde præſumitur, quòd petat, vel quòd petiuiſſet, ſi aduertiſſet, & quòd petere voluit, ſed non potuit.

6. Infirmus periculosè decumbens, in vna infirmitate, ſemel tantùm vngendus eſt: quòd ſi poſt ſuſceptam vnctionem conualuerit, quoties poſtea in idem vitæ diſcrimen inciderit, toties huius ſacramenti ſubſidio iuuari poterit.

7. Si Sacerdos intellexerit, mortem ægroto iam imminere, incipiat ab ipſis vnctionibus: quibus collatis, vel ſaltem quinq; prioribus, Presbyteri animus quieſcat, quòd iam infirmus receperit Sacramentum: ſi verò infirmus adhuc vixerit, tunc Presbyter, omnia exequetur. Si æger ante officij abſolutionem moriatur, fiat ſtatim animæ cõmendatio, dicendo: *Subuenite ſancti Dei, &c.* vt infrà.

8. Cùm infirmus non habet pedes, aut manus, Sacerdos vngat locũ propiorẽ manibus aut pedibus. Palmæ verò manuum ſemper vngendæ ſunt, etiamſi vngendus ſit Sacerdos, vel etiam Epiſcopus.

9. In morbis contagioſis, & peſte graſſante, vt periculum vitetur, ſufficit inungi ſenſus organum, magis ad vnctionem expoſitum ac detectum, dicendo: *Per iſtam ſanctam vnctionem, & ſuam pijſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid deliquiſti per viſum, auditum, odoratum, guſtum, tactum & greſſum.* Et tunc preces, quæ præmittendæ, & ſubiungendæ forent, poterunt in Eccleſia corã venerabili Sacramento deuotè legi.

RITVS ADMINISTRANDI *Vnctionem extremam.*

Locus, in quo decumbit æger, mundandus eſt, ponaturq; ibi menſa, mappa munda contecta, & ſuper illam duæ, vel ſaltem vna candela cærea accenſa. Habeatur etiam in menſa parum ſalis & aquæ, ad ablutionem manuum Sacerdotis: & ſex ſtuppæ lini, canabis, vel bombycis in ſcutella, vel alio vaſe mundo, ad abſtergendum oleum: quæ peracta vnctione ſimul concrementur. His paratis, Sacerdos ſuperpilicio & ſtola indutus, deferat ſacrũ chriſma, comitatus vno ad minus miniſtro, ex decentia etiam ſuperpiliciato, qui cum lumine in laterna, cui etiam vexillum adnectere non in-

non inconueniens eſt, præcedat Sacerdotem, ſine ſono campanulę. Inter eundum autem dicat Sacerdos cum intentione deuotionis ad hoc Sacramentum, & ſalutis infirmi promouendæ, ſeptem Pſalmos Pœnitentiales, præmiſſa Antiphona, *Ne reminiſcaris &c.* Si quos autem memoria non tenuerit, vel ob viæ breuitatem abſoluere non poterit; eos ſuppleat ingreſſus ad infirmum: vel ſi tempus vrget, Sacerdotes alij ſi adſunt, dum ille Sacramentum expedit, eos dicant: ſi neque hoc fieri poſsit, tunc eos vel in redeundo, vel poſt reditum in Eccleſia abſoluet. Placuit autem Pſalmos eoſdem, ad hunc & alios fortè vſus huc inſerere.

Pſalmi Pœnitentiales ſeptem.

Antiphona. Ne reminiſcaris. Pſalmus 6.

Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. Miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum: ſana me Domine, quoniam cõturbata ſunt omnia oſſa mea. Et anima mea turbata eſt valde: ſed tu Domine vſquequò? Conuertere Domine, & eripe animam meam: ſaluum me fac propter miſericordiam tuam. Quoniam non eſt in morte, qui memor ſit tui: in inferno autem, quis confitebitur tibi? Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum: lacrymis meis ſtratum meum rigabo. Turbatus eſt à furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos. Diſcedite à me omnes, qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei. Exaudiuit Dominus deprecationem meam: Dominus orationem meam ſuſcepit. Erubeſcant & conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur & erubeſcant valdè velociter. Pſalmus 31.

Beati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates: & quorum tecta ſunt peccata. Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum: nec eſt in ſpiritu eius dolus. Quoniam tacui, inueterauerunt oſſa mea: dum clamarem tota die. Quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua: conuerſus ſum in

ærumna mea dum configitur ſpina. Delictum meum cognitum tibi feci: & iniuſtitiam meam non abſcondi. Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino: & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis ſanctus, in tempore opportuno. Verùmtamen in diluuio aquarum multarum: ad eum non approximabunt. Tu es refugium meum à tribulatione quæ circumdedit me: exultatio mea, erue me à circumdantibus me. Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac qua gradieris: firmabo ſuper te oculos meos. Nolite fieri ſicut equus & mulus: quibus non eſt intellectus. In chamo & fręno maxillas eorum conſtringe: qui non approximant ad te. Multa flagella peccatoris: ſperantē autem in Domino, miſericordia circundabit. Lætamini in Domino, & exultate iuſti: & gloriamini omnes recti corde.

Pſalmus 37.

DOmine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi: & confirmaſti ſuper me manum tuam. Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ: non eſt pax oſſibus meis, à facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum: & ſicut onus graue, grauatæ ſunt ſuper me. Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ: à facie inſipientiæ meæ. Miſer factus ſum, & curuatus ſum vſq; in finem: tota die contriſtatus ingrediebar. Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus: & non eſt ſanitas in carne mea. Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei. Domine, ante te omne deſiderium meum: & gemitus meus à te non eſt abſconditus. Cor meum conturbatum eſt, dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum. Amici mei & proximi mei: aduerſum me appropinquauerunt & ſteterunt. Et qui iuxta me erant de longe ſteterunt: & vim faciebant qui quærebant animā meam. Et qui inquirebant mala mihi, locuti

ſunt vanitates: & dolos tota die meditabantur. Ego autem tanquam ſurdus non audiebam: & ſicut mutus non aperiens os ſuum. Et factus ſum ſicut homo non audiens: & non habens in ore ſuo redargutiones. Quoniam in te Domine ſperaui: tu exaudies me, Domine Deus meus. Quia dixi, ne quando ſupergaudeant mihi inimici mei: & dum commouentur pedes mei, ſuper me magna locuti ſunt. Quoniam ego in flagella paratus ſum: & dolor meus in conſpectu meo ſemper. Quoniam iniquitatem meam annunciabo: & cogitabo pro peccato meo. Inimici autem mei viuunt, & confirmati ſunt ſuper me: & multiplicati ſunt, qui oderunt me iniquè. Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi: quoniam ſequebar bonitatem. Ne derelinquas me Domine Deus meus: ne diſceſſeris à me. Intēde in adiutorium meum, Domine Deus ſalutis meæ.

Pſalmus 50.

MIſerere mei Deus: ſecundùm magnam miſericordiam tuam. Et ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum: dele iniquitatem meam. Amplius laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco: & peccatū meum contra me eſt ſemper. Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci, vt iuſtificeris in ſermonibus tuis: & vincas cum iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: & in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. Aſperges me Domine hyſſopo, & mundabor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: & exultabunt oſſa humiliata. Auerte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me Deus: & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis. Ne proijcias me à facie tua: & Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me. Redde mihi lætitiam ſalutaris tui: & ſpiritu principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas: & impij ad

te conuertentur. Libera me de ſanguinibus, Deus, Deus ſalutis meæ: & exultabit lingua mea iuſtitiam tuam. Domine labia mea aperies: & os meum annunciabit laudē tuam. Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem vtique: holocauſtis non delectaberis. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus nō deſpicies. Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion: vt ædificentur muri Hieruſalem. Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ, oblationes & holocauſta: tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.

Pſalmus 101.

DOmine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat. Non auertas faciem tuam à me, in quacunque die tribulor: inclina ad me aurem tuam. In quacunque die inuocauero te, velociter exaudi me. Quia defecerunt ſicut fumus dies mei: & oſſa mea ſicut cremium aruerunt. Percuſſus ſum vt fœnum, & aruit cor meum: quia oblitus ſum comedere panem meum. A voce gemitus mei: adhæſit os meum carni meæ. Similis factus ſum pelicano ſolitudinis: factus ſum ſicut nycticorax in domicilio. Vigilaui: & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto. Tota die exprobrabant mihi inimici mei: & qui laudabant me, aduerſum me iurabant. Quia cinerem tanquam panem manducabam: & potum meum cum fletu miſcebam. A facie iræ indignationis tuæ: quia eleuans alliſiſti me. Dies mei ſicut vmbra declinauerunt: & ego ſicut fœnum arui. Tu autem Domine in æternum permanes: & memoriale tuum in generatione & generationem. Tu exurgens Domine miſereberis Sion: quia tempus miſerendi eius: quia venit tempus. Quoniam placuerunt ſeruis tuis lapides eius: & terræ eius miſerebuntur. Et timebunt gentes nomen tuum Domine: & omnes reges terræ gloriam tuam. Quia ædificauit Dominus Sion: & videbitur in gloria ſua. Reſpexit in orationem humilium: & non ſpreuit preces eorum. Scribantur hæc

in gene-

in generatione altera: & populus qui creabitur laudabit Dominum. Quia prospexit de excelso sancto suo: Dominus de cœlo in terram aspexit. Vt audiret gemitus compeditorum: & solueret filios interemptorum. Vt annuncient in Sion nomen Domini: & laudem eius in Hierusalem. In cōueniendo populos in vnum: & reges vt seruiant Domino. Respondit ei in via virtutis suæ: paucitatem dierum meorum nuncia mihi. Ne reuoces me in dimidio dierum meorum: in generatione & generationem anni tui. Initiò tu Domine terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autem permanes: & omnes sicut vestimentum veterascent. Et sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Filij seruorum tuorum habitabunt: & semen eorum in seculum dirigetur. Psalmus 129.

DE profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam. Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ. Si iniquitates obseruaueris Domine: Domine quis sustinebit? Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuā sustinui te Domine. Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in Domino. A custodia matutina vsq; ad noctem: speret Israël in Domino. Quia apud Dominū misericordia: & copiosa apud eum redemptio. Et ipse redimet Israël: ex omnibus iniquitatibus eius. Psalmus 142.

DOmine exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua: exaudi me in tua iustitia. Et non intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Quia persecutus est inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam. Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi: & anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum. Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis: & in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te: anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. Velociter exaudi me Domine: defecit Spiritus meus. Non auertas faciem tuam à me: & ſimilis ero deſcendentibus in lacum. Auditam fac mihi manè miſericordiam tuam: quia in te ſperaui. Notam fac mihi viam in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam. Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum Domine viuificabis me in æquitate tua. Educes de tribulatione animam meam, & in miſericordia tua diſperdes omnes inimicos meos. Et perdes omnes qui tribulant animam meam: quoniam ego ſeruus tuus ſum.

Antiphona: Ne reminiſcaris Domine delicta noſtra, vel parentum noſtrorum: neque vindictam ſumas de peccatis noſtris.

Sacerdos ingreſſus in habitationem infirmi, dicat faciendo crucem cum oleo ſacro.

Ver: Pax huic domui. Reſ: Et omnibus habitantibus in ea.

Et collocato in menſa oleo: conuerſis verſus infirmum, & aſtantes, quos iubeat genuaflectere, dicat:

Ver: Dominus vobiſcum: Reſ: Et cum Spiritu tuo:

Orémus. Introëat Dómine Ieſu Chriſte domum hanc, ſub noſtræ humilitátis ingréſſu, ætérna felícitas, diuína proſpéritas, ſeréna lætítia, cháritas fructuôſa, ſánitas perpétua. Effúgiat ex hoc loco accéſſus dœmonum: adſint ángeli pacis: domumq; hanc déſerat effugáta diſcórdia: Magnífica Dómine ſuper nos nomen ſanctū tuum: & bene ✠ dic noſtræ conuerſatióni: ſanctífica noſtræ humilitátis ingréſſum, qui ſanctus & pius es, & pérmanes cum patre & Spíritu ſancto, in ſécula ſeculôrum, Amen.

Deinde ſecundùm conditionem perſonæ, & neceſſitatem, temporisq; rationem, præfetur Sacerdos aliqua de hoc Sacramento

cramento, ex catechesi infrà ponenda, vel quantum ipse melius nouerit: simulq; ægrum ad patientiam exhortetur, & erigendo in spem, consoletur. Quod vbi perfecerit, dicat, seipsum cruce signando:

Ver: Adiutorium nostrum in nomine Domini:
Res: Qui fecit cœlum & terram.

Accedendo ad infirmum, blandè eum salutet: & aqua benedicta illum aspergendo, dicat:

Aspérgat te Dóminus rore grátiæ suæ, ad obtinéndam ánimæ & córporis salútem, & vitam ætérnam. Res. Amen.

Collocet etiam ante faciem eius imaginem Crucifixi, vel Beatæ virginis, vel eius proprij Patroni, vt illam meditando, eius mysteria, deuotè & instanter, dum sacra ministrantur, contempletur. Monendus quoque est, si aliqua venerunt in mentem, quæ conscientiam afficiunt, quæ confiteri oblitus fuisset, vel meliori discussione indigent, vt ea secretò dicat: & tunc forma plenissima suprà in Sacramento Pœnitentiæ posita, cum cautelis ibidem additis, absoluatur. Faciet quoque mentionem testamenti, vel ordinationis, qua domui suæ ita disponat, ne qua difficultas inter relictos exoriatur. Tum & vbi sepeliri velit: & si quam partem bonorum suorum ad pios vsus addixerit. Quæ, & his similia, prudenter, & ex consilio eius assistentium erunt proponenda. Postea, si aliquid ex Psalmis Pœnitentialibus non est completum, perficiatur, si & quantum tempus patitur: monendo infirmum, vt ad dicta, si intelligit, quantum potest deuotè attendat: similiter & socij Sacerdotis, atque astantes genuflexi. Si autem Psalmi erant finiti, vel ad eos si erit opportunum, addat sequens Canticum Ezechiæ: Isaiæ 38.

Ego dixi in dimidio dierum meorum: vadam ad portas inferi. Quæsiui residuum annorum meorum: dixi, non videbo Dominum Deum in terra viuentium. Non aspiciam hominem vltra: & habitatorem quietis. Generatio mea ablata est:

lata est: & conuoluta est à me, quasi tabernacula pastorum. Præcisa est velut à texente vita mea, dum adhuc ordirer, succidit me: de mane vsque ad vesperam finies me. Sperabam vsque ad mane: quasi leo sic contriuit omnia ossa mea. De mane vsque ad vesperam finies me, sicut pullus hirundinis sic clamabo: meditabor vt columba. Attenuati sunt oculi mei: suspicientes in excelsum. Domine vim patior, responde pro me: quid dicam, aut quid respondebit mihi, cùm ipse fecerim? Recogitabo tibi omnes annos meos: in amaritudine animæ meæ. Domine, si sic viuitur, & in talibus vita spiritus mei, corripies me, & viuificabis me: ecce in pace amaritudo mea amarissima. Tu autem eruisti animam meam, vt non periret: proiecisti post tergũ tuum omnia peccata mea. Quia non infernus confitebitur tibi, neq; mors laudabit te: non expectabunt, qui descendunt in lacum veritatem tuam. Viuens, viuens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie: pater filijs notam faciet veritatem tuam. Domine saluum me fac: & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini. Gloria Patri &c.

Deinde Sacerdos dicat Litaniam, ipse quoq; genuflexus: reliqui verò, & ipse infirmus si potest respondeant. Expedit autem suis locis interponere Sanctos Ecclesiæ suæ Parochialis, vel ægri nominis, vel alias deuotionis singulares Patronos: vel si positi sunt, eorum inuocationem duplicare.

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison.

Sancta Maria Respon: ora pro eo (ea) — *sic dicatur semper ea, loco eo, si est fœmina.*

Sancte Michaël ora pro eo

Sancte Gabriel ora pro eo

Sancte Raphaël ora pro eo

Omnes sancti Angeli & Archangeli orate pro eo

Sancte Ioannes Baptista ora pro eo

Omnes sancti Patriarchæ & Prophetæ orate pro eo

Sancte Petre ora pro eo

Sancte

Sancte Paule ora pro eo
Sancte Andrea ora pro eo
Sancte Iacobe ora pro eo
Sancte Ioannes ora pro eo
Omnes ſancti Apoſtoli & Euangeliſtæ orate pro eo
Omnes ſancti Diſcipuli Domini orate pro eo
Omnes ſancti Innocentes orate pro eo
Sancte Stephane ora pro eo
Sancte Laurenti ora pro eo
Sancte Adalberte ora pro eo
Sancte Staniſlae ora pro eo
Sancte Venceſlae ora pro eo
Sancte Floriane ora pro eo
Omnes ſancti Martyres orate pro eo
Sancte Sylueſter ora pro eo
Sancte Gregori ora pro eo
Sancte Auguſtine ora pro eo
Sancte Hieronyme ora pro eo
Sancte Martine ora pro eo
Omnes ſancti Pontifices & Confeſſores orate pro eo
Omnes ſancti Doctores orate pro eo
Sancte benedicte ora pro eo
Sancte Franciſce ora pro eo
Sancte Bernarde ora pro eo
Omnes ſancti Monachi & Eremitæ orate pro eo
Omnes Sancti Sacerdotes & Leuitæ orate pro eo
Sancta Maria Magdalena ora pro eo
Sancta Anna ora pro eo
Sancta Agnes ora pro eo
Sancta Lucia ora pro eo
Sancta Catharina ora pro eo
Sancta Barbara ora pro eo
Sancta Vrſula cum ſodalibus tuis ora pro eo
Sancta Eliſabet ora pro eo

Sancta

Sancta Heduigis ora pro eo
Omnes sanctæ virgines & viduæ orate pro eo
Omnes sancti & sanctæ Dei Intercedite pro eo
Propitius esto Parce ei Domine
Propitius esto Exaudi eum (eam) Domine
Ab ira tua Libera eum Domine
Ab insidijs diaboli Libera eum Domine
Ab animæ & corporis infirmitate Libera eum Domine
A subitanea & improuisa morte Libera eum Domine
A damnatione perpetua Libera eum Domine
Ab omni malo Libera eum Domine
Per mysteriũ sanctæ incarnationis tuæ Libera eum Domine
Per aduentum & natiuitatem tuam Libera eum Domine
Per crucem & passionem tuam Libera eum Domine
Per mortem & sepulturam tuam Libera eum Domine
Per sanctam Resurrectionem tuam Libera eum Domine
Per admirabilem Ascensionem tuam Libera eum Domine
Per aduentum Spiritus sancti Paracleti Libera eum Domine
In die iudicij Libera eum Domine
Peccatores Te rogamus audi nos.
Vt veniam ei dones Te rogamus audi nos.
Vt præsentem infirmum (infirmam) visitare & consolari digneris. Te rogamus audi nos.
Vt compunctionem cordis, & fontem lacrymarum illi dones. Te rogamus audi nos.
Vt cogitationes prauas & tentationes ab eo (ea) remoueas. Te rogamus audi nos.
Vt remissionem peccatorum ei dones. Te rogamus.
Vt spatium veræ pœnitentiæ illi concedas. Te rogamus.
Vt sanitatem animæ & si expedit corporis ei tribuas. Te rog.
Vt gratiam & consolationem Spiritus Sancti illi infundas. Te rogamus.
Vt ei in præsenti periculo succurrere digneris. Te rogamus.
Vt vitam æternam ei dones. Te rogamus audi nos.

Vt nos.

Vt nos peccatores pro eo (ea) orantes exaudire digneris. Te rogamus audi nos.
Fili Dei, Te rogamus audi nos.
Agne Dei qui tollis peccata mundi Parce ei Domine.
Agne Dei qui tollis peccata mundi Miserere ei Domine.
Agne Dei qui tollis peccata mundi Sana eum (eam) Dñe.
Christe audi nos Christe exaudi nos.
Kyrieeleison, Christeeleison, Kyrieeleison. Pater no: secretè.

Surgens Sacerdos versus ad infirmum dicat clara voce:

Ver: Et ne nos inducas in tentationem:
Res: Sed libera nos à malo.
Ver: Saluum fac seruum tuum (saluam fac ancillã tuam:)
Res: Deus meus sperantem in te.
Ver: Mitte ei auxilium de sancto:
Res: Et de Sion tuêre eum (eam.)
Ver: Nihil proficiat inimicus in eo: (ea)
Res: Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
Ver: Esto ei Domine turris fortitudinis:
Res: A facie inimici.
Ver: Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius:
Res: Vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius.
Ver: Domine exaudi orationem meam:
Res: Et clamor meus ad te veniat.
Ver: Dominus vobiscum:
Res: Et cum Spiritu tuo.

Orémus. Dómine Deus omnípotens, qui per Apóstolum tuum Iacóbum locútus es: Infirmâtur quis in vobis, indúcat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngéntes eum óleo sancto in nómine Dómini, & orátio fidei saluábit infírmũ: & si in peccátis sit, dimitténtur ei, & alleuiábit eum Dóminus. Cura, quæsumus Dómine, redémptor noster, Spíritus sancti grátia languôres huius infírmi, (infírmę) omniáque eius vúlnera sana, & peccáta dimítte, atque dolôres

cunctos cordis & córporis ab eo (ea) repélle, plenam ei intérius extériusq; ſanitátem miſericórditer redde; vt ope miſericórdiæ tuæ reſtitútus & ſanátus (reſtitúta & ſanáta) ad priſtína pietátis tuæ reparêtur officia.

Virtûtum cœléſtium Deus, qui ab humánis corpóribus omnem languôrem & omnem infirmitátem pręcépti tui poteſtáte depéllis: adéſto propítius huic fámulo tuo (fámulæ tuæ) vt fugátis infirmitátibus, & víribus recéptis, nomen ſanctum tuum inſtaurâta prótinus ſanitáte benedícat. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum: qui tecum viuit & regnat in vnitáte eiúſdem Spíritus ſancti Deus, per ómnia ſécula ſeculôrum. Reſp: Amen.

Tempore imminentis periculi mortis infirmi, poterint aliquæ orationes ſuprà ſcriptæ omitti, imò etiam Litania, quæ poteſt in templo ſuppleri.

Deinde Sacerdos lauet manus, præparās ſe ad vngendum infirmum, & vulgari ſermone hortetur eum in hæc verba:

CHaríſſime (charíſſima) recordâre, quod multóties Deum offendíſti quinque ſénſibus tuis exterióribus, ſcílicet, viſu, audìtu, guſtu, odorâtu, tactu. Ideò ora Deum, vt tibi peccáta tua dimíttat: & ego te vngam óleo conſecráto, & orátio fidei ſaluábit te, & alleuiábit te Dóminus, ſi tibi expedíuerit: & ſi in peccátis es, dimitténtur tibi. *Polonicè.*

BRácie miły (miła śioſtro) pámietay żeś wiele kroc Páná Bogá obráźił piąćią ſmyſłów zwiérzchnich/ to ieſt/ widzeniém/ ſłyszeniém/ powonieniém/ ſmákowániém/ y dotykániém. Przeto proś páná Bogá/ ábyć grzéchy twoié odpuśćił/ á ia ćiebie pomáże oleiem poświeconym/ á modlitwá wiáry zbáwi ćiebie/ y dopomożeć pan Bóg z twéy choroby/ bedźieli to z lepszym twoim: á ieſliś ieſt w grzéchach/ bedąć odpuſczone. *Germanicè.*

LIeber N. Liebe N. bedencke/ das du vielmals den Allmechtigen Gott erzürnet haſt/ mit deinen fünff euſſerlichen Sinnen: als nemlich/ mit dem ſehen/ hören/ ſchmecken/ riechen/ vnd mit

dem

dem greiffen: Derwegen bitte GOtt/das er dir deine Sünden verzeihe: vnd ich wil dich salben mit dem geweiheten öle: vnnd das Gebet des glaubens wird dich selig machen: vnd der HErr wird dich erheben aus deiner Kranckheit/so es dir zum besten gereichen wird: vnd so du noch in Sünden steckest/ werden sie dir vergeben werden.

Tunc intincto pollice manus dextræ in oleum sacrum, faciat signum crucis super vtrumque oculum infirmi. Et primò super dextrum, deinde ad sinistrum, dicendo vt sequitur:

Ad Oculos.

VNgo hos óculos tuos óleo sanctificáto, In nómine Patris, & Filij, ✠ & Spíritus sancti. Et per istam sanctam vnctiónem, & suam piíssimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus quidquid deliquísti per visum Amen. Pax tecum.

Et tergat stuppa loca inuncta, & reponat eam in scutellam pręparatam. Simili modo fiat ad quamlibet vnctionem, Manus verò & pedes, præterquàm quòd stuppâ absterguntur, etiam panniculis mundis ligentur, vel soccis lineis induantur, qui postea opportuno tempore igni crementur; vel si moriatur infirmus, cum ijs sepeliatur.

Ad Aures.

VNgo has aures tuas ólei sacrati liquôre: In nómine Patris, & Filij, ✠ & Spíritus sancti. Et per istam sacram vnctiónem, & suam piíssimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus, quidquid deliquísti per audítum Amen. Pax tecum.

Ad Nares.

VNgo has nares óleo sacráto: In nómine Patris, & Filij, ✠ & Spíritus sancti. Et per istam sacram vnctiónem, & suam piíssimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus, quidquid deliquísti per odorâtum Amen. Pax tecum.

Ad Labia.

VNgo hæc lábia consecráti ólei medicamento. In nómine Patris, & Filij, ✠ & Spíritus sancti. Et per istam sanctam vnctió-

vnctiónem, & suam piíssimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus, quidquid deliquísti per gustum & locutiónem Amen. Pax tecum.

Ad Manus.

VNgo has manus tuas óleo benedícto. In nómine Patris, & Filij, ✠ & Spíritus sancti. Et per istam sanctam vnctiónem, & suam piíssimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus, quidquid deliquísti per tactum Amen. Pax tecum.

Ad Pedes.

VNgo hos pedes tuos óleo benedícto. In nómine Patris, & Filij, ✠ & Spíritus sancti. Et per sacram istam vnctiónem, & suam piíssimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus, quidquid deliquísti per gressum Amen. Pax tecum.

Vnctio renum propter honestatem omittitur.

Quibus peractis, Sacerdos lauet pollicem cum sale & aqua supra scutellam, in quam stuppà repósita est, qua detersa sunt loca inuncta, & iubeat ea omnia simul comburi.

Deinde dicat.

VNxi te in nómine Patris, & Filij, & Spíritus sancti, óbsecrans misericórdiam ipsius Dómini ac Dei nostri, vt fugátis ómnibus dolóribus & incōmoditátibus córporis, recuperêtur in te virtus & salus, quatenus per huius operatiónem mystérij, & per hanc sacri ólei vnctiónem, atque nostram deprecatiónem, virtûte sanctæ Trinitâtis, pristínam ac magis robústam percípere mereâris sanitátem. Per Christum Dóminum nostrum. Resp. Amen.

Orémus. Dómine Deus saluátor noster, qui es vera salus & medicína, & à quo omnis sánitas & medicaméntum venit, qui nos Apostólico documénto ínstruis, vt languéntes ólei liquôre tangerémus: réspice propítius super hunc fámulum tuum, & quem (hanc fámulam tuam, & quam) languor crúciat ad éxitum, & vírium deféctus trahit ad occásum, medéla

medéla tuæ grátiæ restítuat ad salútem. Per Christum Dóminum nostrum. Resp: Amen.

Orémus. Réspice Dómine propítius super hunc fámulum tuum (hanc fámulam tuam) & opem ei ferre dignáre super lectum dolôris eius, ímpone manum tuam mánui nostræ, nec nostram peccatôrum déxtram spernat infirmitas; sed ad inuocatiónem tui nóminis vereâtur, & fúgiat, vt sanitâti pristínæ restitûtus (restitûta) exúrgat, & sanctæ Ecclésiæ tuæ repræsentétur incólumis. Per Christum Dóminum nostrum. Resp: Amen.

Orationibus finitis Sacerdos, ponat manum suam dextram super infirmum, dicens:

Sanet te Deus Pater, qui te creauit.
Sanet te Dei Filius, qui pro te in cruce passus est.
Sanet te Spiritus sanctus, qui super te in Baptismo effusus est.
} Adstantes respondeant. } Amen.

Deinde faciens signum Crucis, dicat: Sanet te sancta Tri✠nitas vnus Deus, ab omni dolore & infirmitáte. Qui viuit & regnat Deus, per ómnia sécula seculôrum. Res: Amen.

Dóminus noster Iesus Christus apud te sit, vt te defendat: Intra te sit, vt te re✠ficiat: Circa te sit, vt te conséruet: Ante te sit, vt te dedú✠cat: Post te sit, vt te confór✠tet: Super te sit, vt te vndique múniat atque bene✠dícat: Spíritus sanctus descéndat & máneat super te. Resp: Amen.
Propitiêtur Dóminus cunctis iniquitátibus tuis. Res: Amen.
Et sanet omnes languóres tuos. Resp: Amen.
Redimatq; de intéritu vitam tuam. Resp: Amen.
Et sátiat in ómnibus bonis desidérium tuum. Qui solus in Trinitáte vnus Deus viuit & regnat in sécula seculôrum. Res: Amen. Ver: Pax tecum. Res: Et cum Spiritu tuo. Et benedíctio Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spíritus ✠ sancti descéndat super te, & máneat semper. Res: Amen.

67

SEQVVNTVR EXHORTATIONES, INTERrogationes, & orationes aliquot Latinè, Polonicè, & Germanicè: quas Sacerdotes, dum infirmos morituros visitant, pro opportunitate facere possunt, ante vel post sacræ Eucharistiæ, vel extremæ vnctionis susceptionem.

Exhortatio Prima.

N. Dilecte (dilecta) considera, nos omnes subiectos esse potenti manui Dei, atque ipsius voluntati, quandoquidem omnes nos, cuiuscunq; conditionis aut status, Reges, Principes, diuites & pauperes, mortis tributum soluere necesse est. Venimus in hũc mundum peregrinorũ more, vt ex eo transeamus, non vt mansionem in eo stabiliamus, quin potius vt hîc benè & meritoriè viuentes, & Deo seruientes, horribiles inferni pœnas euitemus, & gloriam æternam adipiscamur.

Secunda.

REcognosce diligenter, cum gratiarum actione, à Deo tibi concessa beneficia: & præsertim, quòd tibi in hac extrema hora, sui cognitionem dederit, nec te morte subitanea præoccupauerit. Gratias pro his ac alijs innumeris donis, & beneficijs eidem nunc refer, ad suam infinitam misericordiam cõfugiens, & veniam ab eo de commissis à te criminibus humiliter poscens.

Tertia.

SOlicitè cogita, te in vita tua plurima delicta perpetrâsse, pro quibus pœnã ferre meruisti, vnde & huius infirmitatis & mortis pœnas patienter tolerare debes, rogãs Deum, vt præsentis doloris acerbitas remissionem operetur peccatorum tuorum, & purgatorij horribiles cruciatus in hanc afflictionem commutet. Tollerabilius enim est hîc quàm in futuro puniri. Quòd si corde contrito pœnam necessariã tanquam voluntariam patienter sustinebis, omnem pœnam & culpam remittet

remittet tibi Deus, certusq; paradisum introibis. Alioquin propter impatientiã, periculũ salutis (quod absit) incurreres.

Quarta.

IN hac hora extrema cõstitutus, super omnia circa spiritualem salutem tuam meditare. Nunquam enim fortasse in futurum huiusmodi meditationis occurret opportunitas. Omnem aliam solicitudinem rerum terrenarũ relinque, quas relinqui necesse est: & quæ nec ab inferni præcipitio eripere valent. Plena te fide Deo committe: & ei, qui omnipotens, bonus, & sapiens est, te, & tua, tuorumq; omnia regenda præbe. Omnem præterea cogitatum tuum, in eum dirige: astantes rogans, vt pro salute tua Deum precibus exorent.

INTERROGATIONES *ad infirmum faciendæ, ad quas infirmus respondere debet, vel si vsum loquendi amisit, signo aliquo exteriori, vel solo cordis consensu annuere.*

Sacerdos. Credísne omnes articulos fidei, & omnia quæ meritò credere debet quilibet Christianus? Res: Credo.

Detestarísne, & reprobas omnes hæreses, errores, & superstitiones à sancta matre Ecclesia Catholica damnatas & reprobatas? Respon: Reprobo.

Gaudes mori in fide Domini nostri Iesu Christi, & in vnitate atq; obedientia sanctæ matris Ecclesiæ? Resp: Gaudeo.

Recognóscis te Deum grauiter offendisse, & non ita vixisse in vita tua, & in statu tuo, sicuti debueras? Resp: Fateor.

Doles ex toto corde de omnibus peccatis tuis commissis, & de bonis omissis, & neglectis, & de contemptu gratiarum à Domino Deo tibi concessarum? Respon: Doleo.

Petis super his à Deo veniam? Respon: Peto.

Habésne syncerum propositum, & explicatam voluntatem, vitam tuam in melius commutare atque corrigere, si vita comes superfuerit? Resp: Habeo.

68

Rogásne etiam Deum,vt tibi gratiam præſtet, hoc propoſitum continuandi, veramq; contritionem habendi? Reſp: Rogo.

Esné tibi conſcius alicuius peccati mortalis vel criminis, de quo non ſis confeſſus? Reſp: Sum. vel, Non ſum.

Optásne etiam cor tuum illuminari, ad oblitorum criminum,ſi quę ſint,notitiam habendam: Et an ea libenter confitereris? Reſp: Opto.

Parcísne ex corde propter amorem Ieſu Chriſti omnibus, qui te vel verbo, vel opere vnquam læſerunt, aut qui tibi nocumentum intulerunt? Reſp: Parco.

Petísne etiam veniam tibi dari ab his, quos tu vel verbo vel opere offendiſti, aut quibus nocumentum intuliſti? Reſ: Peto.

Vis ablata per te, reſtitui, quantum ad id teneris, iuxta facultatum tuarum valorem, etiam vſque ad omnium bonorum tuorum ceſſionem,& renuntiationem,ſi aliâs ſatisfactio fieri non poſſet? Reſpon: Volo.

Credísne aliter te ſaluari non poſſe, & vitam æternam ingredi, niſi per meritum paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti? Reſpon: Credo.

Si, quod Deus auertat, vis morbi,vel tentationis,ſeu mentis alienatio, ad verba vel ſigna prædictæ profeſſioni tuæ cōtraria, te impelleret: Proteſtarísne talia omnia contra tuam voluntatem fieri? Reſp: Proteſtor.

Interrogationibus & Reſponſionibus hiſce omnibus, vel aliquibus peractis, poteſt Sacerdos dicere ad infirmum:

Committo te igitur Deo omnipotenti, & beatiſſimæ virgini Mariæ,atq; protectioni Sanctorum omnium. Et ſi quid tentationis vel deſperationis tibi fortè occurrerit, quam firma fide & ſpe procul arceas,ingere & committe te cruci,paſſioni,& morti Ieſu Chriſti Domini noſtri. Et hæc ſedulò ante oculos cordis tui habe,& mente firmiter teneto,nec deſperare debes. Paſſus enim eſt & mortuus Dominus noſter Ieſus Chriſtus

Christus pro te, & omnibus nobis, vt nos omnes saluos faceret, & ipse saluabit animam tuam.

ORATIONES, AD QVAS DICENDAS æger (si potest) à Sacerdote inducatur.

DEus meus pijssime Pater, miserere mei: Deus meus, pijssime Pater, in manus tuas commendo spiritum meum: Pater misericordiarum, misericordiam fac huic pauperculæ creaturæ tuæ. Adiuua me, nunc etiam in hac vltima necessitate. Succurre Domine iam animæ agenti & desolatæ, vt non captiuetur à malignis spiritibus, nec à canibus infernalibus deuöretur. Dulcissime Domine Iesu, ob meritum & virtutem tuæ beatissimæ passionis, iube me recipi in numerum electorum tuorum: Saluator meus, & redemptor meus, reddo me totum tibi, non me despicias: Ad te venio, non me repellas. Domine paradisum tuum postulo, non propter valorem meritorum meorum, sed in virtute, & efficacia tuæ benedictæ passionis, per quam me miserum redimere voluisti: & mihi paradisum pretio tui sanguinis emere dignatus es. Ipsum mihi conferre festina, propter quem nec tuæ diuitiæ, aut potentiæ minuentur, nec ipse paradisus angustior aut minor inuenietur.

Salutet postea virginem Mariam, dicens.

REgina cœlorum, mater misericordiæ, refugium peccatorum, reconcilia me vnigenito filio tuo, & eius clementiam pro me indigno peccatore interpella, vt ob amorem tui, crimina mea remittat, atq; me ad suam gloriam perducat.

Angelos deinde precibus inuitet, dicens:

SPiritus cœlorum, Angeli beatissimi, assistite quæso mihi ex hoc seculo migranti. Et potenter me eripite ab omnibus aduersariorum insidijs. Et animam meam in consortium vestrum assumite. Et tu præcipue Angele bone, custos meus, exitum hunc meum singulariter tibi commendatum habe.

Item

Item dicat verba, quæ Beato Augustino aſcribuntur.

PAx Domini noſtri Ieſu Chriſti, & virtus paſſionis eius, & ſignum ſanctæ Crucis, & integritas beatiſſimæ virginis Mariæ, & benedictio omnium Sanctorum & Sanctarum: cuſtodia omnium ſanctorum Angelorum, nec non ſuffragia ſanctorum Electorum ſint inter me, & omnes inimicos meos viſibiles & inuiſibiles in hac hora mortis meæ. In nomine Patris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ſancti, Amen.

Vltimò dicat.

In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum. Redemiſti me Domine Deus veritatis.

Nápominánia/ pytánia/ y modlitwy/ ktorych kápłan przy vmieráiących vżywáć może/ ábo po przyieciu ciáłá Páńſkiego/ ábo po pomázániu oleiem świetym.

Pierwſze nápominánie.

OBacz miły bráćie (miła śioſtro) że wſzyſcy ieſteſmy pod moc á wolą Bożą poddáni. Bo kożdy z nas ktoregóżkolwiek ſtanu ábo záwołánia ieſt/ ták krolowie iáko y inſzy pánowie/ ták też bogáty iáko vbogi muśi vmrzeć. Przyſzliſmy ná ten świát iáko przychodniowie y pielgrzymowie: nie żebyſmy tu mieſzkánie ſwoie ná wieki ſádowić mieli/ ále ábyſmy tu dobrze á przyſtoynie żyiąc/ y pánu Bogu ſłużąc/ ſtráſzliwych mąk piekielnych vſzli/ á do prawdziwégo żywotá przenieśieni/ chwały wieczného doſtąpili.

Wtore.

VWaż pilno v śiebie/ á dżiekuy pánu Bogu zá dobrodżieyſtwá tobie od niego dáne: A nawiecéy/ żeć w tę oſtátnią godżinę twoie/ ſámégo śiebie vznánié dał/ á że ćie nagłą śmiercią z tego świátá niewziął. Zá té tedy y zá inſzé dobrodżieyſtwá y dáry iego/ teraz iemu ile możeſz czyń dżięki/ á vćiekay ſie do iego niezmiernégo y nie ſkonczonégo miłośierdżia/ proſząc ſercem pokornym y ſkruſzonym o odpuſczenié grzéchów twoich.

Rozmyſlay

Trzecie.

ROzmyślay też serdecznie / żeś ná tym świecie wiele grzéchów popełnił / zá ktoreś niemáłe karánie od páná Bogá zásłużył. Skromnie tedy masz te twoie chorobe y śmierć od niego przyiąć / á prośić go / żebyć przez to doczesne karánie grzéchom twoim odpuszczenie dał / y od strászliwych mąk czyścowych ciebie obronił. Bo znośnieysza rzecz iest tu ná tym świecie bydź karánym / á niż ná onym. To tedy karánie iesliże z sercá skruszonégo dobrowolnie y skromnie przyimuiesz / bez wszego wątpienia będąc wszytkie grzéchy odpuszczone / y potym do ráiu wnidźiesz. A gdźieby wiec tego nie ćierpliwie przyiął / to rzecz pewna / żebyś zbáwienia swégo bespieczen nie był: czego ćie pánie Boże rácz záchowáć.

Czwarte.

ZA czásu tedy żywotá twégo / ostátniéy godźiny / miedzy inszémi rzeczámi o zbáwieniu dusze twoiéy myśl pilnie. Boć snadź potym nie tráfi sie / żebyś mógł tákiégo rozmyslánia vżywáć. O rzeczach tych doczesnych wszeláкie stáránie puść mimo sie: ktore rad nierad muśisz puśćić / bo iest prozné / y od piekielnych przepáśći ciebie nigdy nie rátuie. Zupełną wiárą pánu Bogu sie poruczy / y iemusz / ktory iest wszechmocny / dobry / y mądry / śiebie sámégo y swoie wszystko w opiekę day. Y przytym myśl twoie wszytke ku niemu śćiągay: á tych ktorzy przy tobie stoią żąday / áby sie do páná Bogá o dusze twoiéy zbáwienie modlili.

Pytánia chorego / ná ktore on ma kapłanowi odpowiádáć: á iesli iuż mowę zámknął / tedy znákiem iákym zwierzchnim / ábo przynamniéy / westchnieniem serdecznym ma ná to pozwaláć.

Sacerdos.

WIerzysz státecznie y gruntownie o członkach wszystkich wiáry powszechnéy krześćiiáńskiéy / y o inszych rzeczach / ktore kożdy Krześćiiáński człowiek wierzyć powinien? Respondeat: Wierze.

Potepiasz y przeklinasz wszystkie kácérstwá / błedy / y zabobony / ktore potepia mátká nászá kośćioł święty powszechny? Respon: Potepiam.

Kochasz

Kochaſz ſie w tym/ że w wierze páná nászégo Jezu Kryſtá/ y w iedności y w posłuszenſtwie kościolá powszechnégo z tego świátá zchodziſz? Reſpondeat: Kocham.

Znaſz ſie do tego/ żeś páná Bogá grzéchámi twoimi niezliczonémi nie pomálu obráźił/ á żeś też czás żywotá twoieg ná tym świecie/ nie wedlug ſtanu twoiégo/ y iákoś był powinien/ ſtráwił? Reſpondeat: Znam.

Żáluieſz ſerdecznie zá grzéchy twoié/ y tego żeś vczynków dobrych zániedbał/ y dobrodzieyſtw Bożych niewdzięczen był? Reſp: Żáluie.

Żądaſz zá té wszyſtkié grzéchy od Páná BOgá odpuſzczenia? Reſpon: Żądam.

Maſz te myśl y wolą/ ábyś żywotá twégo ná potym polepszył/ ieſlić pan Bóg zdrowia vżyczy? Reſpon: Mam.

Prośiſz też páná Bogá/ ábyć łáſki ſwoiéy vżyczył/ żebyś w tym vmyśle trwał/ á prawdziwą ſkruche miał zá grzéchy twoié? Reſpon: Proſzę.

Nieczuieſz ná sie iákiégo grzéchu śmiertelnégo/ którégoś ſie ieſzcze nie ſpowiádał? Reſpon: Czuie. Vel Nieczuie.

Żądaſz też áby ſerce twoié było oświécone/ żebyś mógł mieć grzéchów twoich vznánié/ ieſliś ieſzcze których przepomniał/ á iżebyś ſie ich ieſzcze rad ſpowiádał? Reſpon: Żądam.

Odpuſzczaſz też z prawégo ſercá/ dla miłości páná Jezu Kryſtá wszyſtkim tym/ którzy cie ábo ſłowem/ ábo vczynkiem obráźili/ áboć też niekiedy w czym zászkodzili? Reſpon: Odpuſzczam.

Prágnieſz też/ ábyć ci przepuścili/ któréś ty ábo ſłowem/ ábo vczynkiem obráźił/ y ieſliś któremu co przykrégo vczynił? Reſpon: Prágne.

Chceſz też/ áby to/ coś kiedy komu z krzywdą iego ná dobréy ſławie/ ábo máietności odiął/ było do namnieyszéy rzeczy z twoiéy máietności wrócono y nágrodzono/ ieſli ſie ináczéy obráżonému doſyć ſtáć niemoże? Reſpon: Chce.

Maſz zupełną y doſkonáłą wiáre o tym/ że ináczéy zbáwión bydź niemożeſz/ y do żywotá wiecznégo nie wnidzieſz/ ieno przez záſługe męki páná nászégo Jezu Kryſtá? Reſpon: Mam.

Gdźieby/ czego Boże záchoway/ gwałt choroby/ ábo pokuſy/ ábo rozumu odiecié/ ná tobie wyciſnęło iákié ſłowá/ ábo znáki/ któ-

rėby ſie

réby ſie temu wyznániu twému przećiwiły / Oświadczaſz ſie / żeby ſie to działo przećiw woli twéy ? Reſpon: Oświadczam.

Té pytánia y odpowiedzi ták odpráwiwſzy / álbo ktorekolwiek znich / kápłan może do chorego mowić.

POruczam ćie tedy Pánu Bogu wſzechmogącemu / y błogoſłáwionéy dźiewicy Pánnie Máryiéy : y dáie ćie w obrone wſzyſtkim świętym wybránym Bożym. A ieſliby pokuſá álbo roſpácz iaka ná ćie przychodźiłá / poruczay ſye męce y śmierći Páná náſzego Jezu Kryſtá. Y to vſtáwicznie przed oczymá ſercá ſwégo miéy / y ná tym myśl ſwoie vtwierdź á nieroſpáczay. Abowiem vmęczon ieſt y vmárł Pan náſz Jezus Kryſtus dla ćiebie y dla nas wſzyſtkich / abyſmy wſzyſcy zbáwieni byli / y tenże też duſze twoie zbáwi.

Té Modlitwy / áby też chory mowił / ieſliże może / ma bydź przez Kápłáná námawián.

PAnie Boże móy / oycze miłośćiwy / zmiłuy ſye nádemną. Pánie Boże móy / oycze miłośćiwy / w ręce twoie duſze moie poruczam. Oycze miłośierdźia / zmiłuy ſye nád tym vbogim ſtworzeniem twoim. Wſpomoż mie też teraz w téy oſtátniéy potrzebie moiéy. Dopomoż miły Pánie duſzy nędznéy y opuſczonéy / áby niebyłá porwána od duchów złych / áni od pſow piekielnych pożárta. Naſłodſzy Pánie Jezu / przez záſługe y moc błogoſłáwionéy męki twoiéy / każ mie przyiąć w liczbe twoich wybránych. Zbáwićielu y odkupićielu móy / poddawam ći ſye wſzyſtek / nie gardź mną. Do ćiebie ide / nie odrzucay mie. Pánie / o Ray twóy ćie proſze / nie prze záſługi moie / ále prze moc błogoſłáwionéy męki twoiéy / ktorąś mnie nędznégo odkupił / y ray krwią twoią kupić raczył. Tenże mi Ray bez omieſzkánia rácz dáć / dla ktorégo áni bogáctwá / áni władza twoiá vmnieyſzoná nie bedźie / y Ray tym nie bedźie ćieśnieyſzy áni mnieyſzy.

Niechay potym dźiewice Pánne Máryą pozdrowi / mówiąc.

KRólewno niebieſka / mátko miłośierdźia / vćieczko grzeſznych / przeiednay mi gniew iedynégo ſyná twégo / y proś zá mną niegodnym grzeſznym iego láſki / aby mi względem twéy miłośći / grzechy moie odpuśćił / y do ſwéy chwały przyprowádźić raczył.

A potym też Anyołów niech wzywa prośbami mówiąc.

Duchowie Niebiescy Anyołowie błogosłáwieni / proszę was / bądźcie przy mnie / gdy mam zeyść z tego świátá: y mocnie mię ze wszytkich śidł nieprzyiaćielskich wyrwićie / á dusze moie w wászé towárzystwo przyimićie. A zwłaszczá ty dobry Anyele stróżu móy / tobie zeszćie moie z tego świátá osobliwie w opiekę poruczam.

Potym niechay mówi słowa / które S. Augustynowi przypisáné są.

Pokóy Páná nászégo Jezu Krystá / moc męki iego / znák świętégo krzyżá / y dziewictwo błogosłáwioney Pánny Máryiéy / błogosłáwieństwo wszystkich Swiętych y Swiećie / stroża wszystkich świętych Anyołów / y przyczyná wszystkich Swiętych wybránych / niechay będźie miedzy mną / á miedzy nieprzyiaćielmi moimi / widomémi y niewidomémi / w tę godźinę śmierći moiéy. W imię Oycá / y Syná / y Duchá świętego / Amen.

Nákoniec niechay ták mówi.

W ręce twoie / Pánie / poruczam duszę moię / odkupiłeś mię Pánie Boże prawdy.

Etliche vermanungen bey den Sterbenden.

Zum Ersten / Lieber N. oder liebe N. bedencke wol / das wir Menschen alle der gewaltigen Hand Gottes / vnd desselben Göttlichen willen vnterworffen seind / sintemal alle / wes Wirdens oder Stands / Könige / Fürsten / Reich vnd Arm / jhm den Tod zu leisten schüldig seind. Wir sind auch in die Welt kommen als Frembdlinge / nicht das wir vns in derselben ein gewisse bleibende stelle zu haben verhoffen solten / sondern das wir ein mahl widerumb dieselbe verlassen / vnnd von dannen wandern müssen: vnd so wir darinnen wolgelebt / gutte Werck gethan / vnnd Gott dem Allmechtigen fleissig gedienet / dardurch der erschrecklichen straffe in der Hellen entgehen / vnd die ewige Frewde erlangen.

Zum Andern / Bedencke mit allem fleiß / vnd sonderlicher dancksagung / das dir der Allmechtige Gott viel wolthaten erzeiget / vnd zu förderst / das er dich in dieser letzten stunde / mit seiner erkentnis

erkentnis erleuchtet / vnd nicht durch einen schrecklichen vnuersehenen Tod / von hinnen genomen hat: Vor diese vnd andere vnzalbare gaben / sage jhm nun danck / an seiner vnaußsprechlichen Barmhertzigkeit nichts zweifflende / vnd bitt demütig vmb verzeihung aller begangenen Sünden.

ZVM Dritten / Bedencke wol / das du in deinem Leben viel gesündiget / damit du grosse straff verdienet: derwegen solstu nun auch diese deine schwacheit vnd todes straff desto gedültiger leiden / vnd den Allmechtigen Gott anruffen / auff das die bitterkeit dieses deines schmertzens / dir erwerbe ablaß deiner Sünde / vnd für die erschreckliche plag des Fegfewers diese Gottes heimsuchung entgeltest / dann es dir viel leichtlicher / das du hier in diesem / dann in jenem Leben gestraffet werdest. Vnd wo du mit bußfertigem Hertzen / diese nötige straff / gutwillig vnd gedültig wirst leiden / wird Gott der Allmechtige alle verdiente Schuldt vnd straff von dir abwenden / vnd wirst in das Paradeiß eingehen: sonst wegen deiner vngedult / möchtest du in grosse gefahr (welches Gott ferner abwende) deiner Seelen seligkeit komen.

ZVM Vierden / Betracht für alle ding in dieser deiner letzten stund / deiner Seelen seligkeit / dann dir vielleicht nachmals ein solchs zubedencken / nicht gelegenheit sein wird. Vnd verlaß alle andere weltliche bekümmernus / die du doch sonst verlassen must / vnd welche dir aus der Hellen pein nicht helffen werden. Vnd befihl dich mit starckem glauben Gott dem Vater: vnd stelle alle deine gedancken allein auff jhn / der da Allmechtig / gütig / vnd weiß ist. Die vmbstehenden aber bitte / das sie Jhn / dir ein seliges ende zu verleihen / anruffen wolten.

Etliche Fragen dem Krancken vor zuhalten / darauff er antworten / oder ein eusserlich zeichen geben solle.

GLaubstu auch alle Artickel des Glaubens / vnd alles das was einem jedern Christen billich zuglaubē gebürt? Res: Jch glaub es.

Verdammest vnd verbannest auch alle Ketzereyen / Jrrthumb vnd Aberglauben / von der heiligen Mutter der allgemeinen Kirchen verdampt vnd verworffen? Respon: Ja ich verdamme.

Frewst du dich zu sterben in dem Glauben vnsers Herrn Jesu

Christi/vnd in der einigkeit/ auch gehorsam der heiligen allgemeinen Kirchen? Respon: Ich frewe michs.

Erkennestu auch/ das du Gott offt vnd hefftig erzürnet / vnd in deinem Leben vnd Stande / nicht / wie du wol gesolt hettest/ gelebet hast? Respon: Ich bekenne es.

Rewet dich auch von hertzen / das du so viel Sünden begangen/ das gute dargegen nachgelassen vnd verachtet / die gaben so dir Gott verliehen/mißbrauchet hast? Respon: Es rewet mich.

Bittestu derwegen von Gott gnade? Respon: Ich bitte es.

Hastu auch einen rechten fürsatz vnnd gentzlichen willen / dein Leben zu bessern/ so dir der Allmechtige Gott dasselbe ferner fristen vnd erlengern würde? Respon: Ich habe es.

Bittestu auch Gott / das er dir gnade verleihen wolte / diesen deinen fürsatz zu stercken / vnnd warhafftige Rew zu haben? Respon: Ich bitte es.

Ist dir auch noch jrgends eine Todsünde bewust/ oder sonst eine That/ so du nicht gebeichtet hettest? Respon: Ja oder Nein.

Woltestu auch gerne das dein Hertz / von wegen der vergessenen begangenen Sünden erkentnüs zu haben / möchte erleuchtet werden / vnnd ob du dieselben gerne beichten woltest? Respon: Ich beger es.

Verzeihestu auch von hertzen/ wegen der liebe vnsers HErren Jhesu Christi/allen denen/die dich entweder mit worten oder mit wercken beleidiget haben / oder die dir schaden zugefügt haben? Respon: Ich verzeihe es jhnen.

Begerestu auch verzeihung von denen/ die du etwan mit worten oder wercken beleidiget hast / oder jhnen schaden zugefüget? Respon: Ich bitte es.

Wilstu auch daß das jenige / so du mit vnrecht an dich gebracht / durch dich wider erlegt werde / nach geltung vnd werth deiner Gütter / wo die gnugthuung oder abtrag daruor anders nicht geschehen kündt? Respon: Ich wil es.

Glaubstu auch / das du auch anders nicht kanst selig werden/ noch in die ewige Frewde eingehen / dann allein durch den verdienst des Leidens vnd Sterbens vnsers Herren Jhesu Christi? Respon: Ich glaube es.

So auch / welches doch Gott gnediligchen abwenden wolte/ die grösse der Kranckheit/oder der Versuchung oder deiner Sinnen be-

nen beraubung / dich zu solchen worten vnd geberden zwingete / welche deinem Glauben widerwertig würden / bezeugest du offentlich / das solches alles wider deinen willen geschehe? Respon: Ja / ich bezeugs.

So nun der Krancke zu diesen fragen recht geantwort hat / kan jhn der Priester ferner mit diesen tröstlichen worten anreden.

Jch befehl dich dem Allmechtigen Gott / vñ der heiligen Jungfraw Maria / vnd in den schutz aller Heiligen: vnd so dich jrgends ein anfechtung oder verzweifflung ankeme / so vnterwirff vnnd befihl dich dem Creutz / leiden / vnd sterben vnsers HErren Jhesu Christi: denselben habe fleissig in deinem Hertzen / vnd verzweiffel nicht: denn vnser HERR Jhesus Christus gelitten hat vnd gestorben ist / für dich / vnd für vns alle / damit er vns alle selig machte / der wird dich auch erretten.

Ein Gebet.

ACh mein GOtt / du gütigster Vater / in deine Hende befehl ich meinen Geist. Ach Vater aller Barmhertzigkeit / sey genedig dieser deiner armen Creatur: hilff mir auch nun / in dieser letzten noth: kom̃ zu hülff O HERR der armen vnd jetzt verlassenen Seelen / auff das sie nicht von den bösen Geistern gefangen / vnd von den hellischen Hunden verschlungen werde. O du aller süssester HERR Jhesu / durch den verdienst vnd krafft deines heiligsten Leidens vnd sterbens / befihl ich mich auffzunemen in die zal deiner Außerwelten: Ach mein Seligmacher vñ Erlöser / ich vbergebe mich gantz vnd gar dir / verwirff mich nicht: zu dir komme ich / stoß mich nicht aus. O HERR / dein Paradeiß beger ich / nicht nach werth meiner verdienst / sondern durch die krafft vnd wirckung deines gebenedeyten Leydens / durch welches du mich armen Sünder erlösen woltest: welches Paradeiß du mit deinem Blut mir zu gute erkaufft hast / dasselbe verleihe mir förderlich: dardurch werden deine Reichthümbe vnd Gewalt nicht gemindert / auch das Paradiß nicht enger noch kleiner befunden.

An die Jungfraw Maria.

O Du Königin der Himmel / O du Mutter der Barmhertzigkeit /

keit / ein zuflucht der armen Sünder / versöne mich mit deinem eingebornen Sohn / vnd erwirb mir vnwirdigen Sünder seine güttigkeit / auff das er mir durch deine liebe meine Sünden vergeben / vnd in sein Reich annemen wolte.

An die Heiligen Engel.

O Ihr Geister der Himmel / O jhr heiligsten Engel / stehet bey mir / der ich aus der Welt wandere / vnd bewaret mich mechtiglich vor aller betrieglicheit / vnd nachstellungen der bösen Feind: vnd nemet meine Seel auff in ewere gemeinschafft: vnd sonderlich du fromer Engel / mein schützer vnd Wechter / laß dir diesen meinen abscheid sonderlich befohlen sein.

Gebet des H. Augustini.

DEr Fried vnsers HERren Jhesu Christi / die krafft seines bittern leidens / vnd das zeichen des Heiligen kreutzes ✠ die reine Jungfrawschafft der aller heiligsten Jungfraw Marie / der Mutter Gottes / der segen aller Heiligen / die behütung vnd bewarung der seligen Engel / die fürbitliche hülff aller außerwelten Gottes / wöllen mich behüten vnnd bewaren / vor allen meinen Feinden / sichtbarn vnd vnsichtbarn / jetzt in der stunde meines Todes / im Namen des Vaters / des Sohns / vnnd des heiligen Geistes / Amen.

HERR / in deine Hende befehl ich meinen Geist /
O HErre GOTT der warheit / der du mich erlöset hast.

ALIÆ ORATIONES
pro Agonizantibus dicendæ.

Kyrieeleison, Christeeleison, Kyrieeleison. Pater noster. Aue Maria.

DOmine Iesu Christe, per agóniam, & oratiónem tuam sanctíssimam, qua orâsti pro nobis in monte Oliuéti, quando factus est sudor tuus sicuti guttæ sánguinis decurréntis in terram,

terram: óbſecro te, vt multitúdinem ſudôris tui ſanguínei, quem præ timôris tui angúſtia copioſíſſimè pro nobis effúdiſti, offérre & oſténdere dignêris Deo patri omnipoténti, cõtra multitúdinem ómnium peccatórum huius fámuli tui (fámulę tuæ): & líbera eum (eam) in hac hora mortis ſuæ, ab ómnibus angúſtijs ſuis, quas pro peccâtis ſuis ſe timet meruíſſe. Qui cum Patre & Spíritu ſancto viuis & regnas Deus, per ómnia ſécula ſeculórum, Amen.

Kyrieeleiſon, &c. Pater noſter. Aue Maria.

DOmine Ieſu Chriſte, qui pro nobis mori dignátus es in cruce: óbſecro te, vt omnes amaritúdines paſſiónum & pœnârum tuârum, quas pro nobis míſeris peccatóribus ſuſtinuíſti in cruce, & máximè in hora illa, quando ſanctíſſima ánima tua egréſſa eſt de córpore tuo ſanctíſſimo, offérre & oſténdere dignéris Deo patri omnipoténti, pro ánima huius fámuli tui, (fámulæ tuæ): & líbera eum (eam) in hac hora mortis ab ómnibus peccátis & paſſiónibus, quas pro peccátis ſuis ſe timet meruíſſe. Qui cum Patre & Spíritu ſancto viuis & regnas Deus, per ómnia ſécula ſeculórum, Amen.

Kyrieeleiſon, &c. Pater noſter. Aue Maria.

DOmine Ieſu Chriſte, qui per os Prophétæ dixíſti: In charitáte perpétua diléxi te, ídeo attráxi te miſértus tui: óbſecrò te, vt eándem charitátem tuam, quæ te de cœlo ad terram, ad tolerándas ómnium paſſiónum tuárum amaritúdines attráxit, offérre & oſténdere dignéris Deo patri omnipoténti, pro ánima huius fámuli tui, (fámulæ tuæ): & líbera eum (eam) ab ómnibus paſſiónibus & pœnis, quas pro peccátis ſuis timet ſe meruíſſe: & ſalua ánimam eius in hac hora éxitus ſui in glória ætérna. Et tu piíſſime Dómine Ieſu Chriſte, qui redemíſti nos precioſíſſimo ſánguine tuo, miſerére ánimæ huius fámuli tui, (fámulæ tuæ) & eum (eam) introdúcere dignéris ad ſemper viréntia & amœna loca paradíſi, vt

viuat tibi amôre inuisíbili, qui à te, & ab eléctis tuis separâri nunquam potest. Qui cum Patre & Spíritu sancto viuis & regnas &c.

COMMENDATIO ANIMÆ
in agone sui exitus à corpore.

Primò, si tempus fuerit, dicantur septem Psalmi pœnitentiales cum Litanijs, vt suprà fol. 117. & 124. Deinde Sacerdos dicat:

Proficiscere anima Christiana de hoc mundo: In nomine Dei patris omnipotentis, qui te creauit: In nomine Iesu Christi filij Dei viui, qui pro te passus est: In nomine Spiritus sancti, qui in te effusus est. Hodie sit in pace locus tuus, & habitatio tua sit in sancta Sion. Per Christum Dominum nostrum. Resp: Amen.

ORATIO.

DEus misericors, Deus clemens, Deus, qui multitúdine indulgentiârum nulla témporum lege concludéris: sed pulsántibus misericórdiæ tuæ iánuam áperis, pœniténtes étiam sub ipso vitæ término non repéllis, réspice propítius super hunc fámulum tuum (hanc fámulam tuam) N. remissionē ómnium peccatórum suórum tota cordis confessióne poscéntem. Rénoua in eo (ea) piíssime Pater, quicquid terréna fragilitáte corrúptum, vel diabólica fraude vitiâtum est: & vnitáti córporis Ecclésię membrum tuæ redemptiónis annéćte. Miserére gemítuum, miserére lacrymârum: & non habéntem fidúciam, nisi in tua misericórdia, ad Sacraméntum tuæ reconciliatiónis admítte. Per Christum Dóminum nostrum. Resp: Amen.

ORATIO.

COmméndo te omnipoténti Deo charíssime Frater (Soror) & ei cuius es creatúra committo, vt cùm humanitátis débitum

débitum morte interueniénte persóluerit, ad authôrem tuum, qui te de limo terræ formáuerat, reuertáris. Egrediénti ítaque ánimæ tuæ de córpore, spléndidus Angelórum cœtus occúrrat, Apostolorum tibi iudex Senátus aduéniat. Candidatórum tibi mártyrum triumphátor exércitus óbuiet. Liliáta rutilántium te confessórum turma circumdet: iubilántium & vírginum chorus excípiat, & beátæ quietis in sinu Patriarchârum te compléxus astringat. Mitis ac festinus Christi Iesu tibi conspéctus appáreat, qui te inter assisténtes sibi iúgiter interésse decérnat. Ignóres omne quod horret in ténebris, quod stridet in flammis, quod crúciat in torméntis. Cedat tibi tetérrimus Sáthanas cum satellítibus suis. In aduéntu tuo te comitántibus ángelis contremíscat, atque in ætérnæ noctis chaos immane diffugiat. Exúrgat Deus, & dissipéntur omnes inimíci eius, & fúgiant qui odérunt eum à fácie eius. Sicut déficit fumus defíciant: sicut fluit cera à fácie ignis, sic péreant peccatóres à fácie Dei. Et iusti epuléntur & exúltent in conspéctu tuo. Confundántur ígitur & erubéscant omnes tartáreæ legiónes: & miníſtri Sáthanæ iter tuũ impedíre non áudeant. Líberet te à cruciátu Christus, qui pro te crucifíxus est. Constítuat te Christus filius Dei viui, intra paradísi sui semper amœna viréntia, & inter oues suas te verus pastor ille agnóscat. Ille te ab ómnibus peccátis tuis absóluat, atque ad dextram suam, in electórum suórum te sorte constítuat. Redemptórem tuum, fácie ad fáciem vídeas: & præsens semper asſístens, manifestíssimam beâtis óculis aspícias veritátem. Constitútus ígitur inter ágmina beatórum contemplatiónis, diuína dulcédine potiâris in sécula seculórum. Resp: Amen.

Alia Oratio.

SVscipe Dómine ánimã fámuli tui (fámulæ tuæ) in locum sperándæ sibi saluatiónis misericórdia tua. Resp: Amen.

Líbera Dómine ánimam fámuli tui (fámulę tuæ) ex ómnibus

nibus perículis infernórum, & de láqueis pœnârum, & ex ómnibus tribulatiónibus. Resp: Amen.

Líbera Dómine ánimam fámuli tui, (fámulæ tuæ) ſicut liberâſti Enoch & Heliam de commúni morte mundi. Respon: Amen.

Líbera Dómine ánimam fámuli tui, (fámulæ tuæ) ſicut liberâſti Noë à dilúuio. Resp: Amen.

Líbera Dómine ánimam fámuli tui, (fámulæ tuæ) ſicut liberâſti Abraam de Hur Chaldęórum. Resp: Amen.

Líbera Dómine ánimam fámuli tui, (fámulæ tuæ) ſicut liberâſti Iob de paſſiónibus ſuis. Resp: Amen.

Líbera Dómine ánimam fámuli tui, (fámulæ tuæ) ſicut liberâſti Iſaac de hóſtia & de manu patris ſui. Resp: Amen.

Líbera Dómine ánimam fámuli tui, (fámulæ tuæ) ſicut liberâſti Loth de Sodomis & de flamma ignis. Resp: Amen.

Líbera Dómine ánimam fámuli tui, (fámulæ tuæ) ſicut liberâſti Moyſen de manu Pharaónis Regis Ægyptiôrum. Respon: Amen.

Líbera Dómine ánimam fámuli tui, (fámulæ tuæ) ſicut liberâſti Danielem de lacu Leonum. Resp: Amen.

Líbera Dómine ánimam fámuli tui, (fámulæ tuæ) ſicut liberâſti tres púeros de camíno ignis ardéntis, & de manu Regis iníqui. Resp: Amen.

Líbera Dómine ánimam fámuli tui, (fámulæ tuæ) ſicut liberâſti Suſánnam de falſo crímine. Resp: Amen.

Líbera Dómine ánimam fámuli tui, (fámulæ tuæ) ſicut liberâſti Dauid de manu Regis Saul, & de manu Goliæ. Respon: Amen.

Líbera Dómine ánimam fámuli tui, (fámulæ tuæ) ſicut liberâſti Petrum & Paulum de carcéribus. Resp: Amen.

Et ſicut beátam Teclam vírginem & martyrem de tribus torméntis atrocíſſimis liberâſti: ſic liberâre dignéris ánimam fámuli huius tui, (fámulæ huius tuæ:) Et tecum fácias in bonis congaudêre cœléſtibus. Resp: Amen.

ALIA

ALIA ORATIO.

COmmendámus tibi Dómine ánimam fámuli tui (fámulæ tuæ) N. precamurque te Dómine Iesu Christe saluátor mundi, vt eam, propter quã ad terram misericórditer descendísti, Patriarchárum tuórum sinibus insinuáre non rénuas. Agnósce Dómine creatúram tuam, non à dijs alienis creãtã, sed à te solo Deo viuo & vero: quia non est Deus álius præter te, & non est secúndum ópera tua. Lætífica Dómine ánimam eius in conspéctu tuo, & ne memíneris iniquitátũ eius antiquárum, & ebrietátum, quas suscitáuit furor, siue feruor mali desidérij. Licet enim peccáuerit, tamen Patrem, & Filium, & Spíritum sanctum non negáuit, sed crédidit, & zelum Dei in se hábuit, & Deum qui fecit ómnia desideráuit. Resp. Amen.

ALIA ORATIO.

DElícta iuuentútis & ignorántias eius ne memíneris quæsumus Dómine: sed secúndum magnã misericórdiam tuam memor esto illius in glória claritátis tuæ. Aperiántur ei cœli, collæténtur illi Angeli, in regnum tuum Dómine seruum tuum (ancíllam tuam) súscipe. Súscipiat eum (eam) sanctus Michaël Archángelus Dei, qui milítiæ cœlestis méruit principátum, véniant illi óbuiam sancti Angeli Dei, & pérducant eum (eam) in ciuitátem cœléstem Ierusalém. Suscípiat eum (eam) beátus Petrus Apóstolus, cui à Deo claues regni cœléstis tráditæ sunt. Adiuuet eum (eam) sanctus Paulus, qui dignus fuit esse vas electiónis: Intercédat pro eo (ea) sanctus Ioánnes eléctus Dei Apóstolus & Euangelísta, cui reueláta sunt secréta cœléstia. Orent pro illo (illa) omnes sancti Apóstoli, quibus à Dómino data est potéstas ligándi atq; soluéndi. Intercédant pro eo (ea) omnes sancti & elécti Dei, qui pro Christi nómine torménta in hoc seculo sustinuérunt: vt vínculis carnis éxutus (éxuta) peruenîre mereátur ad glóriam regni cœléstis, præstánte Dómino nostro Iesu Christo,

Christo, qui cum Patre & Spíritu sancto viuit & regnat in sécula seculorum. Resp: Amen.

Si anima anxiatur, dicantur adhuc hi Psalmi, sine Gloria Patri, &c.

CONfitemini Domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Dicat nunc Israël quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Dicat nunc Domus Aaron: quoniam in seculum misericordia eius. Dicant nunc qui timent Dominum: quoniam in seculum misericordia eius. De tribulatione inuocaui Dominum: & exaudiuit me in latitudine Dominus. Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo. Dominus mihi adiutor: & ego despiciam inimicos meos. Bonum est confidere in Domino: quàm confidere in homine. Bonum est sperare in Domino: quàm sperare in principibus. Omnes gentes circuierunt me: & in nomine Domini, quia vltus sum in eos. Circumdantes circumdederunt me: & in nomine Domini, quia vltus sum in eos. Circumdederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis: & in nomine Domini, quia vltus sum in eos. Impulsus euersus sum vt caderem: & Dominus suscepit me. Fortitudo mea, & laus mea Dominus: & factus est mihi in salutem. Vox exultationis & salutis: in tabernaculis iustorum. Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me: dextera Domini fecit virtutem. Non moriar, sed viuam: & narrabo opera Domini. Castigans castigauit me Dominus: & morti non tradidit me. Aperite mihi portas iustitiæ, ingressus in eas confitebor Domino: hęc porta Domini, iusti intrabunt in eam. Confitebor tibi, quoniam exaudisti me: & factus es mihi in salutem. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes: hic factus est in caput anguli. A Domino factum est istud: & est mirabile in oculis nostris. Hæc est dies, quam fecit Dominus: exultemus & lætemur in ea. O Domine saluum me fac, ô Domine benè prospera-

prosperare: benedictus qui venit in nomine Domini. Benediximus vobis de domo domini: Deus Dominus & illuxit nobis. Constituite diem solennem in condensis: vsque ad cornu altaris. Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te. Confitebor tibi, quoniam exaudisti me: & factus es mihi in salutem. Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.

Psalmus.

BEati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini. Beati qui scrutantur testimonia eius: in toto corde exquirũt eum. Non enim qui operantur iniquitatem: in viis eius ambulauerunt. Tu mandasti: mandata tua custodiri nimis. Vtinam dirigantur viæ meæ: ad custodiendas iustificationes tuas. Tunc non confundar: cùm perspexero in omnibus mandatis tuis. Confitebor tibi in directione cordis: in eo quòd didici iudicia iustitiæ tuæ. Iustificationes tuas custodiam: non me derelinquas vsquequaq;. In quo corrigit adolescentior viam suam: in custodiendo sermones tuos. In toto corde meo exquisiui te: ne repellas me à mandatis tuis. In corde meo abscondi eloquia tua: vt nõ peccem tibi. Benedictus es Domine: doce me iustificationes tuas. In labiis meis: pronunciaui omnia iudicia oris tui. In via testimoniorum tuorum delectatus sum: sicut in omnibus diuitiis. In mandatis tuis exercebor: & considerabo vias tuas. In iustificationibus tuis meditabor: non obliuiscar sermones tuos.

Psalmus.

AD Dominum cùm tribularer, clamaui: & exaudiuit me. Domine libera animam meam à labiis iniquis: & à lingua dolosa. Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam? Sagittæ potentis acutæ: cum carbonibus desolatoriis. Heu mihi, quia incolatus meus prolõgatus est, habitaui cum habitantibus Cedar: multùm incola fuit anima mea. Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: cùm loquebar illis, impugnabant me gratis.

EGRESSA ANIMA, SACERDOS moneat astantes ad orandum, dicens:

Oremus deuotè pro anima huius defuncti (defunctæ.)
Kyrieeleison, Christeeleison, Kyrieeleison.
Pater noster. Aue Maria. Et ne nos. Resp. Sed libera.
Ver: Requiem æternam dona ei Domine.
Ref: Et lux perpetua luceat ei.
Ver: Ne tradas bestiis animam confitentem tibi:
Ref: Et animas pauperum ne obliuiscaris in finem.
Ver: Non intres in iudicium cum seruo tuo (ancilla tua) Domine.
Ref: Quia nõ iustificabitur in cõspectu tuo omnis viuens.
Ver: A porta inferi: Ref: Erue Domine animam eius.
Ver: Domine exaudi orationem meam:
Ref: Et clamor meus ad te veniat.

SVscipe Dómine ánimam fámuli tui (famulę tuę) N. quam de ergástulo huius séculi vocâre dignátus es: & líbera eum (eam) de locis pœnárum, vt quietis & lucis ætérnæ beatitúdine perfruátur, & inter sanctos & eléctos tuos in resurrectiónis gloria resuscitári mereátur.

Tibi Dómine commendámus ánimam fámuli tui (fámulæ tuæ) vt defúnctus (defúncta) século tibi viuat: & quæ per fragilitátem humánæ conuersatiónis peccáta commísit, tu vénia misericordíssimæ pietátis abstérge.

Deus, cui soli cómpetit misericórdiam præstáre post mortem, præsta quæsumus, vt ánima fámuli tui (fámulæ tuæ) à terrénis éxuta contágiis, in tuæ Redemptiónis parte numerétur. Per te Iesu Christe saluátor mundi, qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sécula seculórum. Ref: Amen.

Partem beátæ resurrectiónis obtíneat, vitamq; ætérnam habére mereátur. Per Christum Dóminum nostrum. Resp: Amen. Requiéscat in pace. Resp: Amen.

CATE-

CATECHESES

inſtructoriæ ſimul & exhortatoriæ, ſingulis Sacramentis, ſecundum opportunitatem præmittendæ: ex priori Agendorum libro depromptæ: & aliquot nouis formulis auctæ.

Quarum vt promptior eſſet apparatus, eaſdem Polonica quoq; & Germanica lingua apponere placuit.

CATECHESIS I. DE BAPTISMO.



Ratres chariſſimi, quicunq; hîc nunc ſiue pietatis ſtudio, ſiue infantis huius parentumq́; eius, honoris gratia congregati eſtis, ſepoſitis iocis, colloquijs, & cogitationibus profanis ſedulò animaduertere debetis, quid hîc nunc agatur. Neque enim exiſtimare debetis, inanes hîc aut ioculares cæremonias exhiberi. Res magnæ, admirabiles, diuinæ, ſalutares aguntur: & conuenientibus verbo Dei, Chriſtique Ieſu Magiſtri ac Seruatoris noſtri exemplo, actionibus & myſterijs repræſentantur. Quorum explicationem alijs temporibus pro contione publica auditis, & audietis. Nunc ita rem paucis accipite.

Puer hic, non tam noſtro miniſterio, quàm ope diuina & gratia Chriſti Domini, qui per nos baptizat, è ſeruitute Diaboli peccato originali contracta, in libertatem & adoptionem filiorum Dei regeneratur: è veteri Adam in nouam creaturam transformatur: mundo moritur, cum Chriſto ſepelitur & reſurgit, Chriſtumque induitur: ex iniuſto iuſtus, ex hoſte amicus Dei conſtituitur: alienus dudum, iam ſanctæ Chriſti Ieſu Eccleſiæ incorporatur, & ad noſtrã Sanctorumq; omnium communionem aggregatur: ac per Spiritum ſanctum & ipſe ſanctificatur, corq; mundum & gratiam in præceptis Dei ambulandi accipit: maximorum denique eiuſdem clementiſſimi Dei beneficiorum particeps, vitæq; æternæ & regni Cæleſtis hæres efficitur. Cùm enim pri-

Ioan. 1. Rom. 8. Ephe. 1. Rom. 6. Ephes. 4. Coloſ. 2. Galat. 3. Rom. 5. 2. Cor. 5.

Tit. 3. Ephes. 5. EZech. 11. 1. Pet. 1. Tit. 3. Rom. 5.

morum progenitorum nostrorum culpa & inobedientia genus humanum omne gratia DEI conditoris & immensis beneficiis, quibus initiò ornatum fuit, excidisset & in potestatem Diaboli incidisset, mortiq; & exitio æterno obnoxium factum esset, nec vlla salutis spes alicunde ipsi affulgeret: Deus Opt. Max. (cuius misericordia à progenie in progenies) misertus eius, per Filij sui vnigeniti diram mortem ex omnibus illis malis id eruit, sibiq; reconciliauit, & maioribus etiam beneficijs cumulauit, per eum ipsum Filium eiusdem secum in diuinitate essentiæ, potestatis, sapientiæ, bonitatisq; legem Euangelicam sanciens: vt quicunq; salutem & omnia illa beneficia eius adipisci vellet, crederet in eum, & in nomine vnius Dei Patris, & Filij, & Spiritus sancti baptizaretur: hoc est ex aqua & Spiritu sancto regeneraretur, & in corpus Christi (membrũ eius & sponsæ eius Ecclesiæ Catholicæ factus) coalesceret, atq; ita cum eo & in eo suprà memoratorũ bonorum particeps fieret. Hoc igitur, siue adeò hæc omnia talia ac tanta diuina beneficia nostro (qui licèt indigni discipulorum Christi, quibus hoc ille exequendum mandauit, vice fungimur) ministerio nunc in hunc puerum conferuntur: quæ in vos olim simili actione collata sunt. Et quàmuis hic vsum rationis non habens non credat; tamen in hoc quoque mirifica Dei erga nos benignitas apparet; quòd per hoc Sacramentum Baptismi (quod fidei Sacramentum appellatur) in fide Ecclesiæ susceptum infundit is per Spiritum sanctum ei nihil tale sentienti Fidem, Spem, & Charitatem, suo tempore, cùm puer ad vsum rationis peruenerit, sese prolaturas: & mundatum ab originali peccato, & in gratiam receptum, promissorum suorum consortem eum facit; vt non sit dubitandum, nihilòminus conferre ei Baptismum, quàm confert adulto credenti. Quòd si non baptizaretur, ita Dei æternumq; supplicium maneret super eum: nec posset intrare in regnum cœlorum, secundùm Christi ipsius asseuerationem. Proinde iam inde ab Apostolicis tẽporibus in Ecclesia Christi bapti-

Lucæ. 1. Rom. 5. Ioan. 16. Mar. 16. Matt. 28. Ioan. 3. Ephes. 5. 1. Cor. 6. Ioan. 3.

ſti baptizari ſolent infantes: quemadmodum ex aliquot ſacræ ſcripturæ locis apparet: vbi legimus, quoſdam ab Apoſtolis baptizatos eſſe cum tota domo ipſorum: in qua proculdubiò infantes quoq; erant. Idemq; teſtantur SS. Patres, qui fuêre temporibus Apoſtolicis propinqui. Gaudere igitur fratres & ſorores chariſs. & huic, qui baptizatur, parentibuſq́; eius congratulari tantum Dei beneficium debemus: Deumq́; piis votis orare, vt eum in filiorum ſuorum numero, innocentiaq́; & puritate, quam ipſius gratia modò conſequitur, & cuius nos quotidiana aquæ benedictæ aſperſio admonet, conſeruet: & ad eam ætatem perducat, qua is fidem eam, quam per ſuſceptores hoſce ſiue patrinos, tanquam procuratores & ſponſores quodammodo ſuos, ſtatim profitebitur, ipſe per ſe conſtanter & intrepidè profiteatur, atque confiteatur: & gratia Dei magis ac magis indies augeatur, Spe, Charitate, & omnibus virtutibus cumulatus, donec occurrat in virum perfectum: déniq; poſt piè & iuſtè tranſactã, quoad DEO placuerit, in hoc ſeculo vitam, eius ipſius Dei gratia & clementia promiſſam, & præparatam ſibi ſempiternam vitam & gloriam adipiſcatur. Cuius vtinam nos quoque fiamus participes. Amen.

Act. 16.
1. Cor. 1.
Dioniſius ca. 7. Eccleſ: Hier.
Cypr. cum Synodo li. 3. ep. 8.
Carth. 5.
Syn. Baſi. de Bapt.
Chriſti. in Pſal. 14.
Atha. in quæſ. Reſpon. 2.
Auguſtin: de uerbis Apli. ſer. 8. & 14.
Idem pecca. mer. et remiſ. li. 3. ca. 5. Idem in Io. tra. 4. Idẽ de Bapt. cõtra Dona. li. 4. c. 24.

Ad hunc modum allocutus adſtantes Presbyter, ad agenda ea, quæ in libro Agendorum ſupraſcripta ſunt, progredietur.

Poterit tamen nonnunquam loco huius Catecheſeos explicare ritus & cæremonias Baptiſmi è prolixioribus Catecheſibus.

Poterit etiam ex hac Præfatione vſque ad illum locum, Puer hic, *omittere.*

CATECHESIS II.

DE CONFIRMATIONE.

IMpertiturus eſt (hoc vel illo die) Epiſcopus Confirmationis Sacramentum. Proinde qui eo nondum initiati ſunt, & habent iam vſum rationis ſiue annos diſcretionis, adſint: vel ab ijs, qui curam ipſorum habent, adducantur,

179

adducantur, vt eius fiant participes: & quidem cum reuerentia atque deuotione, confessi, si fieri potest, peccata sua: quo non solùm Sacramentum, sed etiam vim & efficientiam eius percipiant. Neque enim existimare debet quisquam, inanem & iocularem eam esse cæremoniam. Sacramentum est sacrosanctũ, sicut Baptismus, vt ait Augustinus: ab ipso Christo Domino institutum, ab Apostolis eius acceptum & administratum, in Catholica omnium temporum Ecclesia reuerenter vsitatum, veluti gratiæ diuinæ & Spiritus sancti obsignatio. Vnde etiam consignatio à Clemente Romano, ab Alexandrino autem beatum Signaculum, à Cypriano Sanctificatio, à Tertulliano benedicta vnctio appellatur. Hanc enim Spiritus sancti missio visibilis in discipulos Christi die Pentecostes repræsentauit, quam ipse eis Christus in cælum ascendens promiserat dicens: Vos autem sedete in ciuitate, quoadusque induamini virtute ex alto. Hanc Paulus significauit, cùm scriberet Ephesijs: Nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis, quemadmodum exponit D. Ambrosius. Hæc est illa manuum impositio, qua Petrus & Ioannes Samaritanis, à Philippo Euangelista baptizatis, Paulus autem 12. ferè viris Ephesi Spiritum sanctum contulerunt. Obseruate autem, fratres charis. quòd non satis erat eos baptizatos esse; nisi per hoc etiam manuum Impositionis siue Confirmationis Sacramentum Spiritum sanctum acciperent: nec id à Philippo aut quibùsuis baptizandi potestatem habentibus conferri potuisse; sed primorum Apostolorum opus fuisse. Itaq; etiam nunc ij soli huius Sacramenti administrandi ius habent, qui in Apostolorum loca successerunt: nempe Episcopi. Et est id necessarium cuilibet: non quidem vt Christianus, sed vt perfectus Christianus sit (nisi id adipisci non possit) quemadmodum D. Clemens Petri discipulus, & in Pontificatu successor è sententia eiusdem Petri & cæterorum Apostolorum, ac vt ipse affirmat ipsius Domini præcepto, memoriæ prodidit. Ac solius quidem impositionis

Augu: cõlit. Petil. lib: 2. capit. 140.

Cle: Rom. ep: 4. Cle. Al. strõ. 2. Cypr: de ablutione pedum. Tert. de Bapt.

Luc. 24.

Ephes. 4.

Ambr. de ijs, qui myst: init. ca. 7. & de sacra. li. 3. cap. 2.

Act. 8. & 19.

Eus. Pap. ep. 3.

Eporũm munus administrãdi Confirmationẽ proprium.

Cle. ep. 4.

tionis manuum mentionem faciunt Lucas in Actis Apostolorum, & Clemens: sed Chrismatis quoque sacri vsum iam inde ab Apostolicis temporibus fuisse in Ecclesia, testis est Dionysius Areopagita Pauli discipulus. Quod etiam Christum ipsum in vltima Cœna consecrasse, & ritum eius Apostolos docuisse, Fabianus 19. post D. Petrum Papa memorat. Et est id accommodatum ad significandum effectum huius Sacramenti. Ex oleo namque quod lætitiæ & alacritatis efficiens est, & Balsamo quod suauiss. odoris est, putredinemque prohibet, Chrisma conficitur. Hæc autem bona Spiritus sancti gratia, quę per hoc Sacramentum non solùm significatur verùmetiam infunditur, in homine operatur. Vnde & Christus ipse oleo lætitiæ siue exultationis vnctus esse dicitur: quod Petrus Spiritum sanctum interpretatur. Et Sapientia, siue ea est idem Christus, siue sponsa eius Ecclesia, prædicat; se sicut Balsamum aromatizans odorem dedisse. Paulus item nos Christi bonum odorem esse ait: Quod fit per sanctificationem & sanctimoniam vitæ, quam idem Spiritus sanctus operatur in nobis. Confertur quidem nobis Spiritus sanctus etiam in Baptismo, sed ibi & in fonte, vt Melchiadis sancti Papæ verbis vtar, plenitudinem tribuit ad innocentiam, in Confirmatione augmentum præstat ad gratiam. Et quia in hoc mundo tota ætate victuris inter inuisibiles hostes & pericula gradiendum est; in Baptismo regeneramur ad vitam, post Baptismum confirmamur ad pugnam: in Baptismo abluimur, post Baptismum roboramur. Ac si continuò transituris sufficiant regenerationis beneficia, victuris tamen necessaria sunt Confirmationis auxilia. Hæc ille. Proinde etiam signum crucis Chrismate in fronte ab Episcopo imprimitur: quo admoneatur is, qui confirmatur, se militem esse Christi crucifixi, & alacriter procul omni metu & pudore (cuius vtriusque sedes frons est) nomen & fidem Christi non solùm verbis, sed etiam vita & moribus vbiuis & semper profiteri debere. Quò etiam illud pertinere videtur, quòd Epi-

Dionysius Hier. Eccle. ca. 4.
Fab. ep. 2. ad Episc. orient.
Psal. 44.
Hebr. 1.
Act. 10.
Eccle. 24
2. Cor. 2.
Melch. ad episcopos Hisp. concil. to. 1.

ſcopus ei alapam infligit: vt eum etiam tum ad ferendas pro Chriſti nomine contumelias, & quæuis aduerſa exerceat. Patrinus autem,& ſuſceptor ei adhibetur itidem ac in Baptiſmo: qui eum inſtruat,& quaſi armet, & in fundamentis religionis Chriſtianæ inſtructum eſſe teſtetur. Sic igitur,fratres chariſſimi, de Confirmatione ſentire,eamque reuerenter habere debetis.Nec, niſi ſemel tamen,ea ſuſcipienda eſt.Scribit autem S. Cornelius Papa, & commemorat Euſebius in Hiſtoria Eccleſiaſtica de Nouato hæretico: quòd cùm poſt Baptiſmum ſignaculo chriſmatis conſumatus non eſſet,nec Spiritum S. vnquam potuerit promereri. Atque ita eum ob id, quòd confirmatus non eſſet, in hæreſim lapſum eſſe innuit. Vos autem fratres pro iis, qui confirmandi ſunt,Deum orare conuenit: vt iis nō ſolùm ſacramentum hoc per miniſterium Epiſcopi, ſed etiam vim & efficaciam ſacramenti impertire dignetur: & ſeptem Spiritus ſancti donis, nimirùm ſpiritu ſapientiæ & intellectus, ſpiritu conſilij & fortitudinis, ſpiritu ſcientiæ & pietatis, & ſpiritu timoris Domini eos impleat. Quod nobis pariter cum ipſis præſtare dignetur Deus Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus. Amen.

Euſe.hiſt. eccle.li.3. cap.33.

Eſa.11.

CATECHESIS III.

DE MATRIMONIO.

CVm Deus bonitatem ſuam longè lateq; diffundere vellet,mundum hunc pulcherrimum cælo terraque conſtantem è nihilo creauit: cumque cælum ſole, luna, & ſtellis, terram herbis, arboribus, & innumeris animalium terreſtrium, aquatilium, & volucriū generibus exornaſſet, ad extremum hominem de limo terræ effictum, tanquam patremfamilias domui, & omnibus illis dominum impoſuit: & vt perpetuus hic eſſet ornatus in rebus iis, quæ æternæ non ſunt, procreandi vim & appetitum animantibus inſeuit. Diſcrimen tamen

Geneſ.1.

men ingens in eo quoque, ſicut in multis aliis, inter hominem & cætera animantia eſſe voluit. His enim ratione carentibus & vſui humano ſeruitutis vagos & promiſcuos indulſit concubitus: homini verò vni vnam vitæ ſociam de coſta lateris eius condidit, & certo firmoq; fœdere iunctam in manum tradidit: quo ſic ii duo conſociati vagas libidines vitarent, certam poſteritatem ſuſciperent, & communibus ſtudiis educarent, mutuiſque operis & conuictu aſſiduo ſe inuicem adiuuarent, & vitam ſuauiorem ſibi redderent. Et quò hæc omnia feliciorem progreſſum haberent, benedixit eis dicens: Creſcite & multiplicamini, & replete terram. Sic igitur Deus ab initio generis humani in Paradiſo Matrimonium inſtituit, vitæ commodis & certæ honeſtæq; hominum propagationi, mundiq; perpetuæ adminiſtrationi prouidens. Cui longè poſt demum per Filium ſuum vnigenitum, Dominum & Magiſtrum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſiue per Apoſtolos eius in Nouo Teſtamento ſacramenti religionem & ſanctitatem adiunxit: vt quod in lege naturæ, & Moſaica, & in Paganiſmo Sacramentum non fuit; nunc ſit in lege gratiæ, ad exemplum eius coniugii, quod eſt inter Chriſtum & Eccleſiam: conſtringanturque in eo coniuges per miniſterium Sacerdotis indiſſolubili vinculo (quale apud Iudæos & Paganos non fuit) vna caro effecti, & gratiæ DEI participes fiant: qua pudicè, ſeipſis iuuicem contenti, & concordes amanter inter ſe vitam tranſigant: atque ita peccatis minus obnoxii, & concupiſcentiæ in membris ſuis ſubinde erumpentis, libidinoſiorumq; etiam congreſſuum veniam habentes, expeditius vitam æternam adipiſcantur. Cùm igitur tale hoc ſit Sacramentum, & gratiam, Dei beneficio conferat iis, qui reuerenter & pio bonoque propoſito ad id accedunt; vos quoque duos ſic accedere oportet, vt non ſolùm Sacramentum, ſed etiam fructum Sacramenti percipiatis: & vobis quoque Deus benedicat, ſicut primis progenitoribus noſtris in paradiſo, ſicut Abraæ cum Sara, Iſaaco cum Rebecca,

Geneſ. 2. | Epheſ. 5. | 1. Cor. 7. | Geneſ. 17. | Geneſ. 25.

Tobi. 31. becca, Tobiæ cum alia Sara benedixit. Reuerenter autem
Psalm. 31. accedetis: ſi non in concupiſcentia, ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus, ſed cum timore Dei in Eccleſia Catholica (extra quam Sacramenta aut non ſunt omninò, aut efficacia non ſunt.) accedatis, & coniungamini eo quidem propoſito, vt vna caro facti in omni conuictu & cohabitatione quàm arctiſſimè vos inuicem ametis & adiuuetis: complexu verò coniugali ad ſobolem in gloriam DEI procreandam atque educandam, vel ad remedium incontinentiæ titillantiſq; libidinis non ſine verecundia vtamini. In
1. Cor. 7. quo ille vobis modus adhibendus eſt, ſecundùm Apoſtolica
1. Pet. 3. præcepta; vt non impediantur orationes veſtræ, & mentium ad Deum eleuatio: qui præcipuus eſſe debet omnis vitæ humanæ ſcopus. Cui, cùm propter infirmitatem hominum & curas huius vitæ certa præſtituta ſint tempora, & ſacri quidam dies in Eccleſia Catholica; eorum ratio vobis habenda
Rom. 7. 1. Cor. 7. erit. Illud autem meminiſſe vos oportet: quòd indiſſolubili vinculo coniungemini: nec vterque veſtrum viuente altero vel altera aliud Matrimoniũ inire poterit: & neuter veſtrum deinceps corporis ſui poteſtatem habebit, vt Pauli eiuſdem verbis vtar; ſed vxor viri, & vir vxoris. Atque ob id vterque alteri pudicum, integrum, ac impollutum id ſeruare debebit: ita vt non modò nihil cum alterius iniuria delinquat, (quod in viro iuxtà ac in muliere adulterium eſt Deo deteſtabile) verùmetiam ſiniſtras ſuſpiciones alterius, quantum in ipſo vel ipſa eſt, ſedulò vitet. Zelotypia tamen & amaritudo inter vos locum habere non debet. In hac autem ſocietate vitæ coniugalis nonnullã Deus vult eſſe inæqualitatem; quòd cùm vxorem de viri latere finxiſſet, caput eius & mo-
Geneſ. 3. deratorem virum conſtituit. Ait enim ad Euam: Sub viri
Epheſ. 5. Coloſ. 3. poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui. Quod itidem Paulus
1. Pet. 3. mulieribus præcipit. Petrus autem etiam exemplis ad id eas inuitat. Sic enim, inquit, aliquando & ſanctæ mulieres ſperantes in Deo ornabant ſe, ſubiectæ propriis viris ſicut Sara obedie-

obediebat Abraæ, dominum eum vocans. Quas tu quoque (*puellam alloquatur*) sedulò imitari, virumque hunc tuum reuereri & honore prosequi, & in omnibus (præterquàm si te à recta fide & Ecclesia Catholica seducere vellet) ei obsequi debebis; si Deo placere, sicut illæ placuerunt, & præcepto eius obtemperare voles, ita vt debes. Tu verò fili (*virum alloquatur*) ob id vxorem tuam non habebis contemptui, quia DEVS eam tibi subiecit: verùm diliges eam vt sociam, & vt tuum ipsius corpus, & sicut Christus Ecclesiam dilexit, pro qua etiam seipsum tradidit. Quin præcipit tibi Petrus, vt ei secundùm scientiam cohabites, quasi infirmiori vasculo muliebri honorem impartiens, tanquam ei, quæ & ipsa cohæres tecum sit gratiæ vitæ. Hoc autem ad ambos vos pertinet: vt si quos vobis Deus liberos dederit (quod equidem, vt ita fiat, cum his omnibus adstantibus opto) eos vt sine mora per Baptismum Christo consecretis, & cùm per ætatem capere poterunt, in fide instruatis, atque in timore Dei honestè educetis. Ita fiet, Deo propitio: vt solatium ex eis suo tempore capiatis, & in senectute vestra mutuam ij vobis vicem reddant. Quæ plerunq; in contrarium solent recidere iis, qui liberorum suorum bonam & honestam educationem negligunt. Tua verò (ô puella) hæc inprimis curæ esse debebit, viro cura rei familiaris, & aliis negotiis extra domum occupato. Quòd si quid aduersi & molesti alterutri vestrum siue in animo, siue in corpore, siue in fortunis acciderit, commune id malum ambo ducere debebitis: nec solum abominandus aut negligendus non erit alteri is, qui patitur; verùmetiam omni ope, cura, & studio adiuuandus, vt euadat. Quòd si incurabile malum sit, amanter tolerandus erit socius: & cum consolatoriis sermonibus, tum omni sedulitate, officio, & obsequio recreandus, & ad tolerantiam & æquanimitatem excitandus. Quemadmodum videmus vnius corporis membra facere: quæ se inuicem in aduersis non deserunt, sed subleuant, quòad possunt, & adiuuant. Si

Ephes. 5.
1. Pet. 2.

ita erga

90

ita erga vos mutuo affecti eritis, habebitis Deum propitium: & prosperantem vos in liberis & longa prosperitate, & in omni vita, & amara eius, si quæ vobis occurrent, in dulcedinem conuertentem : & ad extremum remunerabitur is labores vestros vita & gloria sempiterna cum sanctis Patriarchis, & aliis piis hominibus : qui vitam coniugalem cum timore Dei & pietate, concordiaq; & charitate mutua exegerunt, & liberos suos ad cultum & gloriam Dei educârunt.

Deinde coniunget eos Presbyter, adhibitis vsitatis cæremoniis & iuramentis.

CATECHESIS IIII.

DE EODEM MATRIMONIO.

CVM non ignoretis, fratres, & sorores chariss. quicunque horum duorum hominum honoris gratia hîc adestis, Matrimonium inter septem Sacramenta numerari : quæ à Christo Domino instituta, & Ecclesiæ tanquam instrumenta gratiæ Dei, infirmitatis humanę remedia, salutisq; æternæ pignora relicta sunt : cauere debetis sedulò, ne quasi profano spectaculo, vel ciuili cuidam contractui adsistere videamini; vt fit, & fieri necesse est apud eos, qui id è numero Sacramentorum eiiciunt : apud quos etiam matrimonia meritò facilè dirimuntur. Sed huic quoque, vt aliis Sacramentis, reuerentiam exhibere, & hos duos contrahentes sedulis & tacitis votis apud Deum prosequi debetis; vt non solùm Sacramenti, verùmetiam fructuum eius & gratiæ Dei fiant participes. Vos autem duo inprimis (*contrahentes alloquatur*) ita spero, Deo reconciliati, parati, & præmeditati huc acceditis; ne oculos diuinæ Maiestatis vel gestibus, nutibus, & cogitationibus, nedum factis vestris offendatis. Sanctè enim sanctorum participes fieri oportet. Vel Paulus autem vos de dignitate Sacramenti huius admoneat, qui Matrimonium

Ephes. 5.

nium coniunctioni filij Dei cum Ecclesia comparat, additq; Sacramentum hoc magnum esse. Igitur sicut Christus Ecclesiam in fide sibi desponsauit in æternum, ita vos quoq; fide mutua perpetuo & indissolubi vinculo fœderis inter vos nunc per meum ministerium coniungimini, partim propagandæ educandæque ad Gloriam Dei sobolis gratia, partim in remedium incontinentiæ, cui genus humanum obnoxium est. Ita enim fit, vt congressus coniugalis, qui alioqui vitio fortaſsè non careret, Sacramenti virtute culpa vacet. Simul autem non deest Dei gratia reuerenter & bono proposito id in Ecclesia Catholica (extra quam Sacramenta fructuosa & salutaria non sunt) percipientibus, ad reprimendos carnis & libidinis stimulos: qui noui subinde erumpere solent in ijs etiam, qui in Matrimonio, aut alioqui incontinenter viuunt. Illud autem vterque in animis vestris fixum habere debetis, quòd neuter vestrum deinceps corporis sui proprij potestatem habebit: sed tui, ô vir, hæc vxor tua, tui verò puella, vicissim hic maritus tuus. Proinde vtrunque vestrum, quamdiu ambo viuetis, alteri pudicum, integrum, & impollutum id seruare oportebit: neque fraudabitis vos inuicem, nisi ad tempus; vt vacetis orationi, sicut monet S. Paulus. Vnde intelligere debent omnes, Sacrorum temporum atque dierum (quibus potissimùm vacatur orationi & laudibus diuinis) rationem habendam esse coniugibus. Illud etiam idem Paulus, & Petrus vobis præcipit. Tibi quidem viro vt diligas vxorem tuam, sicut Christus Ecclesiam: & honorem ei impertiaris, tanquam infirmiori vasculo, sed cohæredi gratiæ vitæ; propter quam patrem & matrem deserere iuberis. Tibi verò puellæ seu mulieri, vt obtemperes & subiecta sis viro tuo. Cui te Deus ipse iam inde ab initio subiecit. præterquam si is te à recta fide & Ecclesia vellet seducere; tunc enim Deo magis obedire oportet. Aduersam autem iuxtà ac secundam fortunam simul æquis animis feretis, & quò ad poteritis, adiuuabitis & subleuabitis vos inuicem: & solabimini mutuis

Osee 2. *1. Cor. 7.* *1. Cor. 7.* *Ephes. 5.* *1. Pet. 3.* *Genes. 2.* *Matt. 19.* *Mar. 10.* *Genes. 3.* *Actor. 5.*

O

91

ni mutuis studijs, officijs,& obsequijs. Liberos verò, si quos vobis Deus dederit, magna cura atque diligentia in timore Dei rectaque fide educabitis. Ita futurum est, Deo propitio, vt mutuam ij vobis aliquando vicem reddant: & licèt non expertem fortassis molestiarum (quemadmodum vsu venit in hoc seculo)non insuauem tamen vitam exigatis:post hanc autem, cœlesti & beata illa simul æuo sempiterno perfruamini. Quam vtinam omnes nos adipiscamur gratia domini nostri Iesu Christi: cui cum Patre & Spiritu sancto sit gloria in secula seculorum. Amen.

Catechesis V.

De Poenitentia.

TV quidem, fili vel filia charifs. per fidem & Baptismum factus es è seruo Diaboli filius Dei, ex hoste amicus, & viuum Ecclesiæ Christi membrum,remisionemque peccatorum,nouitatem vitæ,bene agendi facultatem,& maxima quæq; Dei beneficia, spemq; vitæ & felicitatis æternæ consequutus es. Sed quoniam immaculatam illam, quam in Baptismo suscepisti, innocentiæ tunicam non seruasti, charitatemque tuam primam reliquisti,& vel malitia, vel fragilitate humana (seductus à deuotis & capitalibus hostibus omnium nostrum, Mundo, Carne & Diabolo) peccatis tuis eum ipsum Deum (qui odit omnes, qui operantur iniquitatem) offendisti: ipse te tua culpa omnibus illis bonis & beneficijs priuasti, & in illud ipsum seruitutis Diabolicæ & mortis exitijq; æterni baratrum miser recidisti. Verùm confide,& iacentem te in profundo malorum spe bona erige. Benignissimum habemus Dominum, & Patrem totius consolationis: qui cùm iratus fuerit, misericordiæ recordatur: & sicut initiò per Filium suum vnigenitum nobis inimicis suis seipsum reconciliauit; ita figmentum nostrum, & sensum cogitationemq;

Apoca. 2.

2. Cor. 1. Tobi. 3. 1. Cor. 5. Psal. 102. Genes. 8.

nemq; cordis humani ab adoleſcentia ſua pronam in malum conſiderans, pari bonitate & infinita clementia per eundem Filium ſuum, aliud huic malo noſtro remedium nobis præparauit: quo, quotieſcunq; & quàmlibet grauiter peccamus, ipſumque Deum à nobis alienamus, redire in gratiam ipſius, depulſiſque malis promeritis, ope ipſius recuperare bona amiſſa poſsimus. Ipſe enim eſt, qui nos quaſi Pater filium prodigum & ſua ipſius culpa perditum à longe adſpicit, & occurrens clementer ad ſe reuocat, & reducit: oſculo ſuo & anulo dignatur, & prima ſtola induit. Id autem remedium & Sacramentum Pœnitentiæ: cuius tu, fili, vel filia, non ignoras tres eſſe partes, nimirùm Contritionem, Confeſſionem, & Satisfactionem. Quanquam enim verum eſt illud diuinum promiſſum apud Prophetam: Impietas impij non nocebit ei, in quacunque die conuerſus fuerit ab impietate ſua; vult is tamen eum, qui per ſuperbiam & inobedientiam peccat, per humilitatem ſeſe deijcere, erubeſcentemque conſeruo ſuo Paſtori, eiúſue locum tenenti peccata ſua confiteri, veniamque & abſolutionem ab eo petere: quemadmodum ipſe per Apoſtolum Iacobum præcepit: Confitemini, inquit ille, alterutrum peccata veſtra, vt ſaluemini: quaſi non aliter ſaluandi, quàm per huiuſmodi Confeſſionem. Quin ſcribit Euangeliſta Ioannes, Chriſtum ipſum poſt reſurrectionem ſuam è mortuis inſufflâſſe in diſcipulos ſuos dicentem: Accipite Spiritum ſanctum: Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: Et quorũ retinueritis, retenta ſunt. Remittere autem & retinere nemo poteſt, quod ignorat: ſicut neq; curare aut amputare, neq; ſoluere aut ligare. Quibus etiam verbis Chriſtus idem, ijſdem Apoſtolis & ſucceſſoribus eorum Eccleſiæ ſuæ adminiſtris eandem, imò ampliorem etiam poteſtatem contulit: etiamſi ij pietatis & vitæ meritis minus digni ſint. Quod itidem fit in cæterorum quoque Sacramentorum & munerum Eccleſiaſticorum adminiſtratione: quæ non minus rectè & cum vtilitate homi-

Luc. 15.

Ezech. 33.

Iacob. 5.

Ioan. 20.

Matt. 18.

num administrauit Iudas Iscariotes, quàm diu Christum cum cæteris Apostolis sequutus est, licèt fur esset, quàm Petrus aut Ioannes. Cùm autem ex eorum, ministrorum inquam, Ecclesiæ numero me indignum pastorem tuum, vel hac in parte vices eius gerentem, secundùm ordinationem Ecclesiæ & Prælatorum eius Deus esse voluerit; effare mihi fili, quatenus recordari potes, cum vero & iusto dolore peccata tua, & animæ tuæ vulnera adspicienda curandaque exhibe. Et quàmuis grauia sint & enormia peccata tua, quibus Deum conditorem, redemptorem, & clementiss. Patrem tuum abs te alienâsti, proximum tuum læsisti, ac teipsum defœdâsti; tamen, si verè & ex animo te admissorum pœnitet, & fideliter ea mihi confessus fueris; & in posterum ab ijs & quibùsuis alijs peccatis diuina adiuuante gratia continere te propositum habueris; non deerit tibi per me à DEO medicina salutaris, absolutio, & consolatio: & si qua in re perplexus es, paterna eruditio, atque etiam pro commissis peccatis iniungenda à me Satisfactio, quæ est tertia pars Sacramenti. Illud autem mihi admonendus es: per hoc Sacramentum ritè administratum & susceptum, peccata quidem omnia, & reatum eorum statim prorsus deleri, etiam eorum, quæ in Confessione non dissimulando, sed per obliuionem omissa sunt: cæterùm pœnas non statim omnes condonari, verùm æternas temporalibus commutari (quod in Dauide lapso non obscurè S. scriptura ostendit) idq; vtilitatis nostræ gratia fit; quò sic à peccatis retrahamur, & ad pietatem cultumq; Dei efficacius exerceamur. Apparet autem in eo quoq; immensa Dei erga nos benignitas, quod in potestatem nostram contulit; vt eas pœnas nos ipsi (non sine tamen diuina gratia) nobis mitigemus, minuamus, atque etiam penitus depellamus. Quo illud Paulinum pertinet: Quòd si nosmetipsos iudicaremus, (hoc est puniremus) non vtique iudicaremur. Dum iudicamur autem à Domino, corripimur, ne cum hoc mundo damnemur. Huiusmodi verò pœnas, vel ipsi nobis arbitra-

2.Reg.12.

1.Cor.11.

arbitratu noſtro infligimus: vel eius cui confitemur iudicio inflictas, alacriter reuerenterq́; ſuſcipere, & quantum in nobis eſt explere aut ſufferre debemus. Hæc vocatur Satisfactio. Neque enim exiſtimare debes, hominem quempiam pro peccatis ſuis Deo ſatisfacere poſſe. Et iam pro ijs,& pro omnibus totius mundi peccatis, Chriſtus ſemel in cruce abundè ſatis fecit: ſed quòd contrarijs vere virtutibus,& actionibus, vel perpeſſionibus pœnas pro admiſſis de nobis ipſi quodammodo ſumimus: & vt Paulinis verbis vtar, ſicut exhibuimus membra noſtra ſeruire immundiciæ, & iniquitati ad iniquitatem; ita iam exhibemus membra noſtra ſeruire iuſticiæ in ſanctificationem: propterea Satisfactiones eas appellamus. Quæ quidem variæ ſunt. Sed tribus potiſſimùm generibus continentur: nempe Oratione,Eleemoſyna, & Ieiunio: vt Ieiunio carnis, Eleemoſyna mundi, Oratione verò Diaboli illecebris,inflicta vulnera eluamus,deincepſq́; infligendis obſiſtamus. Huiuſmodi igitur Satisfactiones ego tibi,fili,pro ſpecie & qualitate magis, quàm pro modo peccatorum tuorum, imbecillitatis humanæ memor, & maternam S. matris Eccleſiæ pietatem imitans iniungam, quas facilè ferre queas: reliquum omne pondus peccatorum tuorum in meritum Paſſionis Chriſti,qui peccata noſtra ſuſtulit in corpore ſuo, reijciens. Tu quæ tibi iniungentur, lubens ſuſcipies: & pro virili tua,fretus ope diuina, ſufferre & implere ſtudebis. Neque dubites ea, & quicquid boni ab eo,qui Deo gratus & reconciliatus eſt, proficiſcitur; ipſi Deo gratum & acceptabile eſſe in Chriſto,& per ſanguinem eius: non minus, quàm fuit olim ſacrificium Abel innocentis, & Dauidis pœnitentis, pœnam peſtilentiæ inflictã deprecantis, & Achabi Regis humiliatio, & Niniuitarum ieiunium, ſaccus,cinis,clamorque ad Deum.

1. Ioan. 2. Rom. 6. 1. Petri 2. Hebr. 13. 1. Pet. 2. 2. Reg. 24. Geneſ. 4. 3. Reg. 21. Ionæ 3.

Si plures ſunt confeſſuri,eodem modo eos omnes ſimul Preſbyter alloqui poterit,numero ſingulari in pluralem mutato.

Deinde ſingulos ad confitendum admittet: ita vt ij videan-

tur à cæteris, non tamen exaudiantur. Si quis autem eorum modum confitendi non tenebit, eum doceat Presbyter: & quærat ex eo particulatim de ijs peccatis præsertim, quæ eum commisisse ex ætate, sexu, conditione, & alijs circumstantijs verisimile est. Roget etiam, an caleat Orationem Dominicam, & Symbolum Apostolicum.

Post Confessionem vniuscuiusq;, iniunget ei Presbyter pœnitentiam arbitratu suo, qualitati peccatorum congruentem: addétq;: Hæc leuia sunt præ veteri canonica Pœnitentia: qua pro quolibet magis enormi mortali peccato septē vel paulò minus annorum Satisfactio exigebatur. Cætera bona, quæ vltro facies ad gloriam Dei, vtilitatem proximi, tuiq; ipsius coërcionem, cedent tibi in cumulum Satisfactionis.

Deinde imponendo capiti eius manum absoluet eum verbis consuetis: Et ad extremum dimittens eum, dicet: Vade in pace, & iam amplius noli peccare.

Quòd si quem è casibus reseruatis, vel excommunicationem in confitente deprehendet; ad Ordinarium ipsum non sine humilitatis inculcatione, & consolatione, & spe remittet: ipse autem sine autoritate Ordinaria vel Apostolica sibi impertita non absoluet eum, nisi in mortis articulo: idq; non sine requisitis conditionibus, quæ petantur è Canonibus.

CATECHESIS VI.

DE EADEM POENITENTIA.

Si breuitate temporis exclusus, vel alijs occupationibus distentus Presbyter, prolixiore illa catechesi vti commodè non poterit: breuiore hac vtatur licebit, ad vnum præsertim confitentem: imò & ad plures mutato numero.

CHristus Iesus, Dei filius, Deus & ipse, non ignarus infirmitatis humanæ, & quòd nos emundati è peccatis in Baptismo per sanguinē suum nihilòminus in multis offen-

tis offendimus omnes,peccatisq; inter nos & Deum diuidentibus,denuò inimici eius & filij mortis atq; perditionis reddimur, pro sua summa erga genus humanum charitate & clementia, aliud post Baptismum remedium nobis præparauit: quo ipsi cum Patre & Spiritu sancto vni vero Deo,quoties opus esset,reconciliaremur, neq; promissis ab ipso bonis prorsus excideremus.Id autem est Sacramentum Pœnitentię.Cuius vis tanta est,vt quacunq; hora ingemuerit peccator,Deus peccatorum eius omnium non memoretur amplius. Veruntamē vtilitatis nostræ gratia difficiliorem aliquantò & laboriosiorem hanc viam ad remissionem peccatorum is nobis esse voluit. Proinde non contentus sola agnitione peccati cum dolore & misericordiæ eius imploratione coniuncta, quam Contritionem vocamus, duas etiam alias Pœnitentiæ partes adiecit: nempe Confessionem,suo cuiusque Pastori & Sacerdoti faciendam,quam Sacramentalem,nonnulli etiam Auricularem vocant: & Satisfactionem. Vult enim, vt coram conseruo nostro peccata nostra enumerando erubescamus:remediumque salutare ab eo, tanquam Dei Vicario (si nihil impedit) petamus: & quasi obsignatum verbo eius accipiamus. Vult idem, vt contrarijs peccato actionibus & perpessionibus, nos ipsi de nobis pœnas sumamus: & in futurum contra peccata, eorumq; occasiones nos muniamus. Hanc Satisfactionem appellat Ecclesia: propterea quòd per eam pro pœnis à Deo nobis infligendis quodammodo satisfacimus,iudicantes nosmetipsos, vt Pauli verbis vtar, ne à Domino iudicemur, & corripiamur: aut etiam cum hoc mundo damnemur. Neque enim existimare debes,fili, hoc Sacramento cum peccatis simul etiam pœnas ijs debitas omnes statim condonari. Æternæ condonantur, seu verius temporarijs commutantur: Temporariæ verò his, de quibus nunc loquor, Satisfactionibus Pastoris & Confessarij iudicio nobis iniunctis, aut vltro à nobis susceptis mitigantur,minuuntur,ac pœnitus etiam tolluntur. Cuius rei exem-

Iaco. 3. Esa. 59. 1. Cor. 11.

2.Reg.12. 3.Reg.21. Ionæ 3. pla in Dauide Rege, Achabo, & Niniuitis, S.scriptura nobis exhibet. Quæ omnia pro concionibus publicis fusiùs & accuratiùs explicari solent. Hæc tu, fili mi, tecum perpendens, etiamsi grauissimè Deum Patrem clementissimum peccatis Luc. 15. tuis offenderis, reuertere ad eum, vltrò tibi ad Patrem filio prodigo occurrentem, teque inuitantem, & osculum, anulum, stolamque primam tibi offerentem. Dic ei ex animo, Luc. 15. & cum vero dolore: Pater, peccaui in cœlum, & coram te. Luc. 18. Et cum Publicano: Deus propitius esto mihi peccatori. Mihi vero licèt indigno, vices eius gerenti in hac parte, confitere fideliter, quoad recordari potes, peccata tua, & vulnera animæ tuæ detege; vt medicinam salutarem, per piam correptionem, benignam eruditionem, leuem Satisfactionis iniunctionem, & lætam absolutionem ijs afferam: teq; in charissimorum Dei filiorum, & viuorum Ecclesiæ membrorum numerum (vnde tua culpa excidisti) ipsius clementissimi Dei, Ecclesiæq; ipsius præsidum, superiorum meorum authoritate, pro parte mihi concessa, restituam.

His dictis, iubebit Presbyter hominem confiteri: & cætera circa eum peraget, quæ in superiore prolixiore informatione, siue Catechesi, memorata sunt.

CATECHESIS VII.

DE EVCHARISTIA.

ACcedens ad mensam Domini & Seruatoris tui, fili, vel filia chariss. diligenter tecum reputa: à quonam ea, & quibus epulis instructa sit, & cuius rei gratia tibi apponatur. Præpara te etiam, quod facis, arbitror; vt ne indignè cibum hunc manduces. Primùm igitur Christus Iesus Dei filius, Deus & ipse eiusdem cum Patre & spiritu sancto essentiæ, potentiæ, sapientiæ, bonitatisque, cùm nos primorum progenitorum nostrorum, nostraque ipsorum culpa perditos & hostes suos

miſeratus eſſet, carne aſſumpta factus eſt homo: & miſerias omnes vitæ humanæ, excepto peccato, mortemque acerbiſſimam ad extremum vltrò pertulit, atq; ita acceptiſſimum Deo Patri Sacrificium ſeſe obtulit; vt nobis eum iratum placaret, atq; à poteſtate peccati, diaboli, mortiſq; & exitij ſempiterni nos erueret. Neq; his tantis rebus patratis, & beneficijs nobis præſtitis contentus, ad Patrem ex hoc mundo reuertens pro immenſa ſua erga genus humanum charitate, hanc nobis dapſilem menſam inſtruxit. In ea verò non vitulos, boues, arietes, piſces, ferarúmue aut volucrium carnes, non fructus terræ & arborum, neque vllas arte humana excogitatas lautitias; ſed Carnem & Sanguinem ſuum precioſiſſimum, & omne delectamentum in ſe habentem, nobis appoſuit & apponit. Quæ etſi nos non cernimus oculis, nec manibus contrectamus; fide tamen, verbo eius nixa, certiora habere debemus, quàm quæ oculis cernimus, & manibus contrectamus. Ipſe enim, qui cœlum, terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt, cum Patre, & Spiritu ſancto condidit, quiq; datam ſibi eſſe omnem poteſtatem in cœlo & in terra aſſeuerauit, ipſe, qui ipſa eſt Veritas fallere neſciens, affirmauit: Panis, quem ego dabo, caro mea eſt, pro mundi vita. Et quod antè promiſerat, in vltima cœna accumbens cum diſcipulis ſuis præſtitit, accipiens Panem, & dicens: Accipite, & comedite: Hoc eſt Corpus meum, quod pro vobis tradetur ſiue traditur. Et accipiens Calicem: Hic eſt Sanguis meus, qui pro vobis effundetur, ſiue effunditur, in remiſſionem peccatorum. Atq; ita iam inde ab Apoſtolicis temporibus credidit vniuerſa per orbem terrarum diffuſa Eccleſia: ita ſancti Patres ſcriptis ſuis prodiderunt: ita profeſſa ſunt ſacroſancta Concilia; quæ etiam damnârunt eos pro hæreticis, qui in hoc Sacramento ſub ſpecie panis & vini Corpus & Sanguinem Chriſti verè, realiter, & ſubſtantialiter contineri negabant: qui quidem ferè poſt mille demum annos à Chriſto nato extiterunt. Sic igitur & tu, fili, vel filia, cum

Matt. 28.

Ioan. 14.

Ioan. 6.

Luc. 22.

Dionyſ. Hie. Eccl. ca. 2. & 3.

Ignat. ad Roma. & Epheſ.

Ire. aduer. hær. li. 4. ca. 34. 57.

cum vniuersa Christi Ecclesia credere, nec dubitare debes: in hoc Sacramento panem & vinum, prolatis à Sacerdote verbis Christi, desinere esse panem & vinum, & Corpus Sanguinemq; Christi fieri. Quod ita etiam nonnulli primores nostri tẽporis hæretici initiò professi sunt, & ex parte adhuc profitentur: & Berengarius autor sectę ante quingentos annos cùm oppugnâsset, retractata in Concilio quodam sentẽtia sua confessus est. Cuius autem rei gratia Christus hanc nobis Cœnam Corpore & Sanguine suo sic instruxit, ipse te docet in Euangelio: Qui manducat, inquiens, meam Carnem, & bibit meum Sanguinem, in me manet, & ego in eo. Quid autem hoc aliud est, quàm vnum corpus, & vnus spiritus mecum est, qui sum vita & lux mundi? Atque ita ipse quoque vitæ & lucis veræ particeps redditur, & filium DEI cohęredemq; Christi in se manentis se esse firmam spem concipit, certum eius rei pignus ipsummet accipiens. Neq. enim putandum est, nos hic Corpus tantùm & sanguinem eius sine anima atq; diuinitate accipere. Viuus est hic Panis, vt ipse affirmat. Iam non moritur, posteáquam semel ex mortuis resurrexit, teste Paulo. Sicut autem homo in mundum editus, & à sordibus è matre contractis ablutus, nisi alimento sustentetur viuere non potest; ita nobis in Baptismo renatis, & per Pœnitentiam repurgatis, hoc alimentum præstat: vt viuamus, vita scilicet spirituali in gratia Dei. Quod ipse etiam in Euangelio nobis contestatus est dicens: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & sanguinem eius biberitis; non habebitis vitam in vobis. Ad hæc autem hoc pignore à Christo nobis relicto, admonemur gratitudinis erga ipsum pro salute nostra mortuum: admonemur & charitatis mutuæ cum cæteris Christianis, tanquam fratribus conseruandæ; cùm multi, vt ait Paulus, vnus panis (è multis quasi granis compactus) simus, qui de vno pane participamus. Quinetiam est is medicina infirmorum, languidos ad amorem Dei & proximi, & ad bene operandum alacres reddens.

Iustin. Apol. 2. Cypr. de ablutione pedum. Athan. de pec. in SS. Chrys. in Matt. ho. 83. & in 1. Cor. ho. 24. & ad pop. Antio. ho. 60 Cyr. in Io. lib. 3. 4. 10. 11. 17. August. in Psal. 33. de pec. remi. li. 1. c. 24. In Io: tra. 11. 22. 27. 31. de uer. Domini, serm. 28. Ioan. 6. Rom. 6.

Ioan. 6. Ephe. cõ. Nest. Rõ. Conc. sub Innoc. 3. Cõc. Turon. & Vercel. Luc. 22.

1. Cor. 10.

3. Reg. 19

Cùm igitur tanta ſit huius menſæ dignitas, tantaque vtilitas; alacriter ſimul & reuerenter ad eam accedere te oportet. Reuerenter autem accedit homo, ſi diiudicat corpus Domini à communib. cibis: & non modò adorat eum, quem manducaturus eſt, Dñm ſuum & Deum ſuum, quemadmodũ Thomas Apoſtolus vulnera eius contrectare iuſſus, verùmetiam ſi diligenter probat ſeipſum acceſſurus, ſecundùm Pauli præceptum: ne indignè accedens iudicium ſibi manducet & bibat. Probat autem ſeipſum is, qui credens Chriſtum Deum & Hominem ſe accipere, cùm peccata ſua Contritione & Confeſſione diligenter expiauerit, & ab ijs abſolutus fuerit, indignum ſe tamen iudicat cum Centurione, ſub cuius corporis tectum tanta Maieſtas intret: & miſericordiam eius charitatemq; erga ſe vel tacitus admiratur, vel etiam laudibus celebrat: & mutua charitate erga ipſum, & benignitate erga communes fratres reſpõdere ei pro viribus ſuis cogitat, ſtudetq;. Sic enim demum fructuoſè ad menſam hanc acceditur. Quæ omnia ſic te fili feciſſe, facere, & meditari credo. Certiſſimum autem habere debes, te ſub vna ſola panis ſpecie nihilòminus accipere, quàm ſi ſub vtraque acciperes. Et parere autem in hoc debes S. matris Eccleſiæ moribus & inſtitutis, nec rumpere cõcordiam & vnitatem in eo, quod ſymbolum eſt vnitatis: præſertim cùm Chriſtus ipſe de eo nihil præceperit, (quod etiam ipſe ſchiſmatis author Lutherus aſſeuerauit, Boëmos vtranq; ſpeciem vſurpantes increpans) Eccleſia verò ſponſa & corpus Chriſti, & columna firmamentumque veritatis, certiſſima verbi eius interpres & conſeruatrix ita hoc grauibus de cauſis inſtituit: A qua caue, ne tu te auelli patiare, ſi à Chriſto auelli non vis. Extra eam verò aut non manducatur omninò Corpus Chriſti: aut ſine fructu: imò pernicioſè etiam, ſicut manducauit Iudas Iſcariotes, manducatur. Sed iam id tu viuum cum ſanguine, anima, atque diuinitate, nihil dubitans, accipe.

1. Cor. 11.
Ioan. 20.
1. Cor. 11.
Matth. 8
Luter. ad Boemos.
Conſtant. et Tridẽt. Concil.

96

Catechesis VIII.

De eadem Evcharistia.

INter plurima & maxima Christi in te beneficia, hoc summo studio & gratitudine animi sedulò recolere debes, fili, vel filia chariss. quòd is, cùm te sanguine suo preciosissimo à peccati, mortis, atque diaboli potestate redemisset, & ex inimico filium hæredemque Dei & cohæredem suum fecisset, eò non contentus, ipsum quoque Corpus suum cum Sanguine in cibum & potum tibi reliquit, eximiæ suæ erga te charitatis pignus, & arabonem vitæ æternæ. Hic enim Panis vitam dat mundo. Quod ipse de se in Euangelio testatus est: & in vescente se manens transformat eum in se; ita, vt cum eo non solùm vnum corpus, verùmetiam vnus spiritus fiat. Neque dubitare debes, sub hac specie panis Christum ipsum verè adesse, & abs te manducari. Ipse enim dixit, qui est ipsa veritas, nec fallere potest, Pane in manus accepto: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Qui prius etiam ijsdem Apostolis suis pollicitus erat: Panis quem ego dabo, caro mea est: pro mundi vita. Ille autem ipse est, qui per ministerium meum tibi nunc Carnem cum Sanguine, seu Corpus suum, atque adeò seipsum totum dat: qui olim per seipsum dedit Apostolis suis, verbo suo creaturas suas in seipsum trãsmutans: quemadmodum aiunt Chrysostomus, Cyprianus, Ambrosius, Augustinus, Cyrillus, & alij sancti Patres: qui ante mille, ducentos, ac trecentos annos Ecclesiam Christi doctrina, & vita, nonnulli etiam martyrio suo illustrârunt. Idem professa sunt vetustiora iuxtà ac recentiora Concilia in Spiritu sancto congregata: & credidit semper iam inde ab Apostolorum temporibus, creditq; vniuersa Christi Ecclesia. His, tu fili, testibus talibus ac tantis magis credere debes; quàm paucis quibusdam nuper natis & seditiosis hominibus Hæreticisq; & Schismaticis. Neque verò putes te minus sub vna,

Ioan. 6.
1. Cor. 6.
Ioan. 6.
Chrys. ad pop. Anti. ho. 60. Cypr. de Cæna Domini. Ambr. de Sacra. lib. 4. & 5. Augu. de uerbis Domini ser. mo. 28. Cyril. Hieros. cate. myst. 1. 3. 4.

vna, quàm ſub vtraque ſpecie accipere, aut contra Chriſti præceptum facere: ſi Eccleſiæ eius mores & inſtituta obſeruans,& vnitatem ne rumpas timens,ſub vna accipias. Extra Eccleſiam Catholicam, in qua nos ſumus, vel non ſumitur Corpus Chriſti,vel infructuoſè, atque adeò pernicioſè ſumitur. Quibus de rebus plura & exactiora pro publicis concionibus dici ſolent. Meminiſti autem,ſpero, Paulini præcepti, iubentis: vt aceſſurus ad hanc menſam, probet ſeipſum homo ne indignè manducans & bibens, iudicium ſibi manducet & bibat. Proba igitur tu quoque teipſum: credenſq; hîc adeſſe Dominum ac Deum tuum, ſpecie panis tectum, reuerere Maieſtatem eius, quem multis & magnis peccatis offendiſti. Dole te offendiſſe, & Sacerdoti Vicario eius ſecundùm ipſiuſmet Eccleſiæq; inſtitutum confeſſus, ab eoq; abſolutus,ſanctus, quòad fieri poteſt, ad Sancta accedere ſtude. Sed cùm omnia feceris, cum Centurione cogitato & dicito: Domine non ſum dignus &c. Ita demum fructuoſè corpus Chriſti manducabis, ad incrementum vitæ ſpiritualis: quam deinceps ſummo ſtudio ſectari debes, cauens ne tantum hoſpitem peccatis quibuſuis abs te expellas: & vita æterna per ipſum promiſſa,& hoc quaſi ſigillo obſignata, indignum te reddas.

1.Cor. 11.

FORMA ADMONITIONIS DICENDÆ *à Sacerdote ad Communicaturos ex Catechiſmo Romano.*

EXcellentiſſimum & ſanctiſſimum Sacramentum percepturi,quotquot ad diuinam menſam acceditis,adeſte animis, vt corpore adeſtis;vagis & diſtractis mentibus tanta myſteria ſuſcipere, fas non eſt. Eſt enim Euchariſtia,finis, ad quem referuntur omnia, fons, vnde dimanant reliquorum Sacramentorum virtus, & ſanctitas. Alia Sacramenta ſancta ſunt, hoc Sacramentum cõtinet ipſum ſanctitatis auctorem (faceſſat ignauia) Chriſtum Dominum, illum

illum ipsum, qui natus olim ex virgine, affixusq; cruci, propter nostra peccata, nunc in cælis sedet ad dexteram patris. Animum atque rationem à sensibus auocate: neq; enim panis est quem videtis; sed panis species, quibus tegitur Christi corpus viuum & verum: diuina hoc virtus efficit: quæ diuina non esset, si maiestatem eius & celsitudinem, cogitatio assequeretur humana. Verbo Dei, quo cælum & terra facta sunt, diuinum hoc opus perficitur. Quòd si tantum Regem hospitio accepturi estis; facilè est intelligere, quàm mundo corde opus sit, ne quid offendat in vobis tantæ maiestatis oculos: simul, vt suauissimos huius Sacramenti fructus percipiatis; quorum magnitudo neque cogitatione comprehendi, neque oratione potest explicari. Eucharistia panis est animæ; id ergo dignè sumentibus, quod cibus corpori, præstat, vnimur intimè Christo, iuxta ipsius Domini promissionem, neq; tamen Sacramentum in nostram substantiam mutatur: sed nos quodammodo in Christi, quem sumimus, naturam conuertimur, vitaq; & moribus, similes euadimus. Hoc alimento conseruamur in bonis, & augemur: excitatur gustus, vt ex his mysterijs maiorem in dies suauitatem percipiamus. Mannæ instar est, quod datum est patribus: nostra culpa sæpè fit, vt Angelorum esca nostro palato non sapiat. Quod peccatis debilitatum est, huius Sacramenti vsu reparatur: fortiores euadimus ad peccata mortalia vitanda: venialia remittuntur: prauæ consuetudinis vires debilitantur: Angelorum custodia munimur, qui suum Dominum & Regem magno numero comitantur. Exercetur fides, & augetur mysterij sublimitate: Confirmatur spes hoc pignore æternæ immortalitatis; vnde lætitiæ materia maxima. Ignis instar est, charitatis flammam in cordibus excitantis, qua carnis incendia sedantur, affectiones prauæ frenantur: robusti euadimus aduersus omnes huius vitæ difficultates: tam diuq; hoc cibo aliti & vegetati, in suscepto virtutis itinere progredimur, donec perueniatur ad montem Dei Oreb. Verùm hos fructus, aliosq;

alioſq; innumeros ij tantùm percipiunt, qui dignè communicant: qui ſecus, iudicium ſibi manducant & bibunt; & eſt optimis rebus innatum, vt proſint opportuno, noceant alieno tempore ſumptæ. Integra ergo peccatorum mortalium confeſſione opus eſt, qua conſcientiæ mundantur; vt nuptiali veſte ornati, ad tantum conuiuium accedatis: nam & Chriſtus antèquam Apoſtolis Euchariſtiam daret, pedes eorum lauit. Adhibeatur reuerentia, & humilitas maxima, vt Regem Angelorum ſuſcipiamus: excitetur deuotio ſanctis cogitationibus: ac præſertim memoria Chriſti paſſionis, ſicut ipſe mandauit: Hoc, inquiens, facite in meam commemorationem. Remoueatur in primis ea feſtinatio, quam nonnulli ad tanti Sacramenti ſumptionem, afferre ſolent: ſancta enim ſanctè tractanda ſunt, & qua decet maturitate. Quod fiet, ſi ante & poſt ſumptam Euchariſtiam mentem noſtram ſalutaribus cogitationibus paſcemus, & ardentibus precibus diuinam miſericordiam implorabimus. Per Chriſtum Dominum noſtrum, qui cum Patre & Spiritu Sancto viuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

Ex D. Ambroſio, de ijs qui myſterijs initiantur.

COnſidera nunc, vtrum præſtantior ſit panis angelorum, an caro Chriſti, quæ vtiq; corpus eſt vit. æ Manna illud è cœlo, hoc ſupra cœlum: illud cœli, hoc Domini Cœlorum: illud corruptioni obnoxium, ſi in diem alterum ſeruaretur, hoc alienum ab omni corruptione: quod quicunq; religioſè guſtauerit, corruptionem ſentire non poterit. Illis aqua de petra fluxit, tibi ſanguis è Chriſto: Illos ad horam ſatiauit aqua, te ſanguis diluit in æternum. Iudæus bibit & ſitit; tu cùm biberis, ſitire non poteris: & illud in vmbra, hoc in veritate: ſi illud quod miraris, vmbra eſt; quantum iſtud eſt, cuius & vmbrā miraris? Audi quia vmbra eſt, quæ apud Patres facta eſt, Bibebant (inquit) de conſequenti petra, petra autem erat Chriſtus; ſed non in pluribus eorum complacitum eſt Deo: nam

nam proſtrati ſunt in deſerto. Hæc autem in figuram facta ſunt noſtri. Cognouiſti pręſtantiora: Potior etenim lux quàm vmbra, veritas quàm figura, corpus auctoris, quàm manna de cœlo. Fortè dicas, aliud video: quomodo tu mihi aſſeris quòd corpus Chriſti accipiam? Et hoc nobis adhuc ſupereſt, vt probemus. Quantis igitur vtimur exemplis? Probemus non hoc eſſe, quod natura formauit, ſed quod benedictio cõſecrauit: maioremque vim eſſe benedictionis, quàm naturæ; quia benedictione, etiam ipſa natura mutatur. Virgam tenebat Moyſes, proiecit eam, & facta eſt ſerpens. Rurſus apprehendit caudam ſerpentis, & in virgæ naturam reuertitur. Vides igitur Prophetica gratia bis mutatam eſſe naturam & ſerpentis, & virgæ, *Et poſt multa:* vera vtique caro Chriſti, quæ crucifixa eſt, quæ ſepulta eſt, verè ergo carnis illius Sacramentum eſt. Ipſe clamat Dominus Ieſus, Hoc eſt corpus meum: ante benedictionem verborum cœleſtium, alia ſpecies nominatur; poſt conſecrationem, corpus Chriſti ſignificatur. ipſe dicit ſanguinem ſuum: ante conſecrationem aliud dicitur; poſt conſecrationem ſanguis nuncupatur, & tu dicis Amen: hoc eſt, verum eſt: quod os loquitur, mens interna fateatur: quod ſermo ſonat, affectus ſentiat. His igitur Sacramentis paſcit Eccleſiam ſuam Chriſtus, quibus animæ firmatur ſubſtantia. Meritoque videns profectum eius gratiæ continentem, dicit ad eam: Quàm decora facta ſunt vbera tua, ſoror mea ſponſa, quàm decora facta ſunt à vino; & odor veſtimentorum tuorum ſuper omnia aromata? Fauus diſtillans labia tua, ô ſponſa, mel & lac ſub lingua tua; & odor veſtimentorum tuorum, ſicut odor libani: hortus concluſus, ſoror mea, ſponſa mea, hortus concluſus, fons ſignatus. Quo ſignificat ſignatum debere apud te manere myſterium, ne violetur operibus malæ vitæ, atque adulterio caſtitatis; ne diuulgetur quibus non conuenit; ne garrula loquacitate diſpergatur in perfidos. Bona debet ergo fidei tuæ eſſe cuſtodia, vt intemerata vitæ ac ſilentij integritas perſeueret.

CATE-

CATECHESIS IX.

DE SACRAMENTO ORDINIS.

ECcleſiam, fratres chariſs. Spiritus ſanctus in ſcripturis ordinatæ caſtrorum aciei comparauit. Nec immeritò. Nam vt in caſtris & exercitu, niſi ordo fuerit rectè inſtitutus, & magiſtratus, qui eum manu teneant, facilè omnia peſſum eunt; ſic Eccleſiam certo ordine à certis magiſtratibus gubernari oportet; vt ea cùm ſalua & incolumis ſit, tum ſplendorem atq; dignitatem ſuam retineat. Vnde & Paulus Apoſtolus præcipit: vt omnia inter nos honeſtè, & ſecundùm ordinem fiant. Ad hunc autem ordinem conſeruandũ & ad conſumationem Sanctorum, in opus miniſterij, Chriſtus dedit Eccleſiæ ſuæ quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem Paſtores & Doctores, vt ait Paulus: quos iam nos Epiſcopos, Presbyteros, ſiue Sacerdotes, Diaconos, & alios alijs nominibus, quæ D. Ignatius, Ioannis Apoſtoli diſcipulus, recenſet, vocitamus. Abſit autem, ait Tertullianus, vt alius hodie ſit Epiſcopus, cras alius: hodie Diaconus, qui cras Lector: hodie Presbyter, qui cras laicus; vt tunc fiebat, & fit etiam nunc apud Hæreticos. Sed diſtincti ſunt à Spiritu ſancto gradus miniſteriorum Eccleſiaſticorum certo ordine, ita vt alij ſunt inferiores, alij ſublimiores; vt qui in inferioribus benè miniſtrauerint, bonum ſibi gradum acquirant ad ſuperiores, ſecundùm Pauli doctrinam. Atque ij vocantur vno nomine Ordines Eccleſiaſtici. Qui omnes ab Epiſcopis Eccleſiæ ſummis Præſidib. conferuntur, ſacris & religioſis quibuſdam cæremonijs: nec ſine probatione vitæ iuxtà ac doctrinæ eius, qui ordinatur: ab ijſdemque Epiſcopis dependent, nec vſurpare quiſquam inconſulto Epiſcopo munus vllum in Eccleſia debet. Vnde & Paulus Tito ſuo, quem Cretenſibus Epiſcopum dederat, ſcribit: Propterea ſe eum

Cant. 6.
1. Cor. 11.
Epheſ. 4.
Ignat. ad Anti. Tertul. de præſcrip. aduerſ. Hær.
1. Tim. 3.
Tit. 1.

reliquisse in Creta; vt constituat per ciuitates Presbyteros, secundùm institutionem suam. Quod de vno Presbyterij Ordine dictum, de omnibus itidem accipi debet. Proinde apud nostri temporis Hæreticos, qui licet diuersi & pugnantes inter se, vno se tamen nomine Euangelicos vocant, nulli sunt Ecclesiarum ministri, Presbyteri aut Episcopi. Ij namq; qui ab ipsis nouè Seniores & Superintendentes siue Superattendentes appellantur, & Presbyterorum atq; Episcoporum munera quædam vsurpant, non ab Episcopis initiantur, siue ordinantur; sed vel ipsi se temerè ingerunt, vel à prophanis magistratibus, promiscuàue multitudine constituuntur: itidem atq; olim apud Hebræos excelsorum & idolorum Sacerdotes, vt est in libris Regum & Iudicum. Quanquam autem legimus in Actis Apostolorum primos Diaconos à multitudine electos esse, & priscis Canonibus Ecclesiasticis cautum est, ne cui plebi inuitæ obtrudatur Episcopus, aut Presbyter; ea tamen electio siue approbatio ius fungendi eo munere nemini tribuebat, nisi accesisset Episcopi vel Episcoporum ordinatio. Quod etiam ex illo ipso Actorum Apostolicorum loco euidenter apparet. Memorat enim Lucas, electos illos à multitudine statutos esse ante conspectum Apostolorum: Apostolos autem orantes imposuisse eis manus. Atq; hæc demum fuit eorum Ordinatio. Extat etiam inter Canones Apostolicos lex: vt Episcopus à duobus vel tribus Episcopis ordinetur: Presbyter, & Diaconus, & reliqui Clerici ab vno. Atq; ita hoc semper seruatum est in Ecclesia Catholica; vt nemo esset neque Episcopus, neq; Presbyter, neq; Diaconus, nisi ritè ab Episcopis, vel Episcopo ordinatus. Nec immeritò. Cùm enim eorum sacra sint munia, peragi ea rectè sine gratia diuina nequeunt. Gratia verò diuina hominibus per Sacramenta, quasi per instrumenta quædam, à legitimis eorum administris, qui iidem sunt ministri reconciliationis, infunditur. E quorum numero vnum est hoc, de quo nunc loquimur, Ordinis siue Ordinationis Sacramen-

3. Reg. 13. Iudic. 17.

Acto. 6.

Can. Apo. 1. & 2.

Alex. fin. apud Atha. Apol 3.

2. Cor. 5.

Hier. ad uer. Vig. Dyonis.

cramentum. In eo namque per nominis Dei inuocationem, manuum impoſitionem, ſacri Chriſmatis vnctionem, & alia quædam viſibilia ſigna, iam inde ab Apoſtolis temporibus vſitata, inuiſibilis Dei gratia & poteſtas exercendorum munerum ſuorum ordinandis confertur ab Epiſcopo. Inde eſt, quod monet Paulus Timotheum à ſe ordinatū Epiſcopum: Vt reſuſcites gratiam Dei, quæ eſt in te, inquit, per impoſitionem manuum mearum. Et ipſe licèt à Deo ſegregatus eſſet in Euangelium; tamen non niſi per manuum impoſitionem poteſtatem fungendi munere Apoſtolico, idq; iuſſu Spiritus ſancti accepit. Adminiſtrabant autem Apoſtoli, & proximi eorum Succeſſores Epiſcopi hoc Sacramentum, quoties opus erat: pòſt ad certa anni tempora ſtatoſq; dies reſtrictum eſt; quò maiore reuerentia, & fructu eorum, qui initiantur, totiuſque Eccleſiæ perageretur, ſuffragante poſttriduanum ieiunium populo, & pias preces ſuas cum Epiſcopi precibus coniungente. Quod vtinam tam piè nunc ſeruaretur, quàm eſt inſtitutum; magis fortaſſis idoneos haberemus Sacerdotes. Cæterum vos fratres chariſs. cum videatis, qualia nunc ſint tempora, & quanta non modò bonorum & idoneorum, ſed etiam qualiumcunq; Sacerdotū penuria vbiq; laboretur, vetus piæ antiquitatis inſtitutum reuocate & reſumite: & cum R. D. Epiſcopus proximo Sabbato ſacros Ordines (in hoc vel illo templo) de more collaturus ſit, quarta & ſexta ferijs & Sabbato ieiunate: Sabbato autem, qui commodè poteſtis, ad horam illam in templo adeſte, & cum Epiſcopo rogate Dominum meſſis; vt mittat dignos operarios in meſſem ſuam. Simul autem, ſi quis veſtrum iuſtam nouerit cauſam, cur aliquis ordinandorum ordinari non debeat, ibi liberè indicet Epiſcopo. Etſi enim probantur ij, quòad fieri poteſt; his temporibus tamen populo quoq; eos probatos, vel non reprobatos duntaxat, & ſine crimine, vt Paulus præcipit, eſſe oportet; quò fructuoſiorem ij Eccleſiæ Dei ſine cuiuſquam offenſione operam nauent.

Hier. Eccle: ca. 5. Tert. de reſ. car. Gre. Niſ. de ſ. Bap. Augu. de Tem. ſer. 181.

2. Tim. 1.

Luc. 10.

1. Tim. 13. Tit. 2.

At vos, si qui hîc adestis, ordinandi, diligenter vobiscum reputate tam eminentiam honoris & dignitatis, quàm difficultatem munerum, ad quæ vos Deus per ministerium Episcopi sibi segregat, coniunctumque cum honore & onere periculum. Et si autem hactenus quoq; serui Dei fuistis; nunc tamen magis fietis non solùm Dei, verùmetiam Ecclesiæ eius serui, dispensatoresque mysteriorum Dei. Videte igitur, vt sepositis profanis & secularibus negocijs, ebriositate, & otioso inertiq; vitæ genere, si hæc antea sectati estis, doctrina iuxta ac pietate, sobrietate, honestisq; moribus deinceps populo prælucere studeatis, atque ita talento, quod vobis committitur, negociemini, tanquam exactam Deo rationem reddituri; vt mereamini ab eo, qui non fallitur, nec irridetur, audire: Euge serue bone & fidelis: quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam; intra in gaudium Domini tui. Quo nos quoque vobiscum perducere dignetur idem Deus, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

1. Cor. 4.

Matt. 25.

CATECHESIS X.

DE SACRIFICIO MISSÆ.

MIssæ præstantiam, & salutarem vtilitatem, si nihil aliud commendaret, illud sanè satis esset, quòd eam Satanas per seruos & instrumēta sua, Hęreticos, tantòpere oppugnat & euertere satagit, vt nihil magis secundùm fidem & charitatem, quarum illa fundamentum, hæc vertex est religionis Christianæ. Constat autem illum Deo per superbiam rebellem inuidia sua mortem introduxisse in orbem terrarum. Igitur, vt initiò autor is fuit primis progenitoribus nostris pręuaricandi præcepti Diuini, vnde mala omnia cum æterno exitio in genus humanum inundârunt; ita nunc, parta per Filium Dei salutę, cum omni bonorum cumulo spoliare nos nititur; dum memoriam & fructum mortis eius salutaris nobis, quantum in ipso est,

Sap. 2.

ipſo eſt,ſurripit. Id autem agit ille potiſsimùm,dum Miſſam, vel abominabilem, vel contemptibilem duntaxat per Hæreticos facit Chriſtianis hominibus.

Miſſa eſt enim, quæ nobis mortem Domini noſtri I E S V Chriſti repræſentat, & quaſi ob oculos ponit cùm verbis, tum geſtibus, & omni actione, ab ipſomet inſtituta in vltima cœna, cùm præciperet Apoſtolis, vt hoc facerent, quod ipſe tunc faciebat, in ſuam commemorationem: quemadmodum S. Patres interpretantur,& ſancta per vniuerſum orbem terrarum ſemper tenuit tenetque Eccleſia. Miſſa eſt, per quam etiam fructus eiuſdem mortis ſalutiferæ nobis peculiariter inditur & applicatur. Eſt enim ea, illud ipſum ſacrificium, quo ſe Chriſtus Deo Patri in cruce pro nobis obtulit, à peccatis nos redemit, de diaboli & mortis æterna poteſtate liberauit, & ipſum Deum patrem nobis reconciliauit. Sed non ad eundem modum id nunc hìc peragitur, atque tunc in cruce peractum eſt: tunc enim cruentum ſacrificium in mortem ipſe ſe Chriſtus obtulit, nunc idem ipſe poſteaquam reſurrexit à mortuis, & amplius non moritur, incruentum per manus Sacerdotis ſeſe offert: ſimul in cœlo ad dexteram Patris ſedens, & hìc in altari virtute ſuorum ipſius verborum à Sacerdote enunciatorum ſeſe repræſentans. Ac tunc fontem gratiæ diuinæ nobis omnibus communiter aperuit, & aditum ad eum patefecit: nunc quaſi inſtrumenta & vaſa ſuppeditat, quibus vnuſquiſq; noſtrum ſibi in gaudio hauriat aquas de fontibus ſaluatoris, vt ſcripturæ verbis vtar: hoc eſt, partam omnibus, qui ſunt, fuerunt, & pòſt futuri ſunt, in communem ſalutem,ſibi propriam adiungat: Deumque, quem poſt Baptiſmi ablutionem quotidie peccatis ſuis offendit, gratiſſima illa ablutione propitium ſibi reddat: imò Chriſtus ipſe id facit. Cùm autem is propitiatio ſit non pro noſtris tantùm, ſed etiam pro totius mundi peccatis; non oportet nos dubitare, cum in hoc ſacrificio ſeſe offerre non pro ijs tantùm, quorum miniſterio offertur, & qui adſunt, Sacerdo-

Luc. 22. Chry. in 2. Tom. Ho. 3. & in Pſal. 49. Cypr. de Cœna Dn. & lib. 2. ca. 3. Clē. Ap. conſt. lib. 8. Iræ. li. 4. c. 32. Chry. in 2. To: ho. 2. Heb. Homi. 17. Augu. in Pſalm. 33. Ser. 1. & de ciuit. Dei li. 17. Cap. 20. Rom. 6. Con. Eph. in Cyril: cont. Neſto. Conc. Nice. 2.

Iſaiæ 12.

1. Ioan. 2.

Sacerdotique oranti & offerenti precibus suis suffragantur; verùmetiam pro alijs absentibus, vita functis iuxta ac viuis, quos Ioannes totius mundi nomine complectitur. Quid autem mirum est, tam longè lateq; patere vim & efficaciam sacrosancti huius sacrificij; cùm preces nostræ hominum peccatorum, alijs non modò viuentibus, verùmetiam mortuis rectè & fructuosè applicentur? Neque enim temerè Apostoli, & ipsi pro alijs orârunt, & alios vt pro se, & pro se inuicem orarent, hortati sunt. Et sancta Christi omnium temporum Ecclesia, perpetuò in vsu habuit habetque: vt cùm preces publicæ, tum sacrificium hoc Missæ, viuis iuxtà ac mortuis applicetur, & vsibus necessitatibusque quorùmuis hominum à pietate & iusticia non alienis accommodetur, ad depellanda mala, bonaque impetranda. Quin & pro acceptis à Deo beneficijs gratiarum actio id est. Atque ob id etiam Eucharisticon, & laudis Sacrificium appellatur: & hæc vel prima fuit Christo Domino instituendi eius causa. Hoc facite, inquit ille, in meam commemorationem. Proinde & verba Sacerdotis, & vestitus, & gestus, & omnis ferè actio Missæ, mortem eius salutarem nobis repręsentat. Quæ ita per Sanctos Doctores explicantur, & vobis aliquando fortassis explicabuntur. Licèt autem nihil horum vos intelligatis, tamen ipsa vobis tacita ac deuota præsentia & adstipulatio vberes huius sacrificij fructus conciliat: non minus, quàm in Baptismo infantes non modò, non intelligentes, sed vix sentientes ea, quæ aguntur, vim tamen & efficaciam Sacramenti illius adipiscuntur. Cùm igitur tanta sit Missæ dignitas, tantaque vtilitas; nihil vos, fratres & sorores chariss. improborum & saluti vestræ insidiantium Hæreticorũ impijs & inuerecundis sermonibus, irrisionibus, & blasphemiis commoueri oportet: qui verum Dei Filijque eius cultum idolatriam vocitare non verentur. Quin, quantò magis ij Missam abrogare cupiunt atque student, tantò maiori studio & alacritate vos ad eam concurrere, tantoque deuotius dum ea tota peragitur, interesse par

Iacob. 5.

Luc. 22.

Aug. de libero arbi. lib. 3.

esse par

esse par est: quò istis Antichristi (quem Daniel Propheta sublaturum esse ad tempus iuge Sacrificium prædixit) præcursoribus, atque adeò ipsi eorum Magistro Diabolo (a quo se Lutherus Missę abominationem didicisse gloriatur) ægrè faciatis, eique vt Petrus Apostolus præcipit, resistatis fortes in fide: Christo autem seruatori vestro gratos vos de acceptis beneficijs exhibeatis. Simul autem vberiorem mortis eius fructum vobis vestrisque concilietis: & cum prementia pariter ac impendentia mala publicè priuatimque auertatis, tum bona futuræ iuxta ac huius vitæ adiungatis. Ecclesiæ verò sanctæ præcepto in eo obedire vos par est. Canonibus enim Ecclesiasticis antiquis constitutum est; vt Christianus quilibet, Dominicis præsertim & festis diebus, Missam totam vsq; ad benedictionem Sacerdotis audiat sub pœna excommunicationis. Neque verò minoris facere debetis Missam, quàm sacras conciones. In his enim discitis, quid credere & facere debeatis, in illa verò opere impletis ea: quæ in concionibus discitis, fidem vestram exercentes; Deumque acceptissimo ipsi Sacrificio colentes, & fiduciam vestram omnem in eo collocantes, ab eóque petentes, per Christum mediatorem & sacerdotem, quæ vobis, & vestris, & vniuersæ Ecclesiæ necessaria & salutaria sunt. Scribit autem Paulus: Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Cui & Iacobus adstipulatur inquiens: Estote factores verbi, & non auditores tantùm, fallentes vosmetipsos. Quia si quis auditor est verbi, & non factor; hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo: Considerauit enim se, & abijt: & statim oblitus est, qualis fuerit. Qui autem perspexerit, in lege perfectæ libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis: hic beatus in facto suo erit. Adeste igitur Missæ, fratres & sorores chariss. magis etiam alacriter ac deuote quam concioni: vt & vos iustificemini, & non obliuiosi auditores beati in facto vestro sitis. Quod vtinam nobis omnibus

Dan. 8. 11. 12.
Luthe. de Missa priuata seu angulari.
1. Pet. 5.
Conci. Agath. & Aurel.
De conse. d. 1. c. Missas, & c. Cū ad celebrādas.
Rom. 2.
Iacob. 1.

102

omnibus contingat gratia & misericordia Domini nostri Iesu Christi: cui cum Patre & sancto spiritu laus, honor, gloria, in secula seculorum. Amen.

Catechesis XI.

De extrema Vnctione.

QVamùis per Sacramentum Pœnitentiæ veniam peccatorum tuorum adeptus, & per Eucharistiam Christo Domino vnitus, eum in te manentem habeas; grauiter tamen, vt video, te fili, vel filia chariss. morbus infestat. Id autem clementia potius, quàm ira Dei fieri existimare debes. Quem enim diligit Dominus, corripit. Nimirùm, vt his temporarijs pœnis, peccatorum sordes eluas, ad pietatem charitatemque Dei exercearis, & vitæ huius plenæ curarum & miseriarum, (etiam in prosperis rerum successibus occursantium) pertęsus, ad cælestem, æternam, & beatam illam suspires: quam per Christum nobis partam, velut præmium fidei, pietatisque nostræ & actorum hic laborum omnes expectamus. Ac potens quidem est Deus tibi sanitatem restituere, & vitam prorogare; sed hîc tu voluntatem tuam voluntati eius penitus subijcere debes. Ille enim certissimè nouit, vtrum tibi expediat, morine, an viuere: & vtrum magis expedire iudicârit, proculdubiò conferre etiam, pro bonitate sua summa solet. Quoniam autem nulla non hora insidiatur nobis aduersarius noster diabolus, sed in istiusmodi agone ac periculo maximè, hic quoq; apparet mira Dei erga nos benignitas: quòd post cætera Sacramenta, hoc quoq; sacræ siue extremæ Vnctionis Sacramentum nobis reliquit: quo quasi luctatores oleo in nomine Domini per administros eius Sacerdotes inuncti, animosius & alacrius contra hostem illum decertemus, morbiq; accerbitatem leuius feramus: & si quæ supersunt in nobis peccatorum reliquiæ, deleantur, & oratio fidei vnctioni

Prouer. 3.

Iacob. 5.

vnctioni adiuncta saluet infirmum: quemadmodum fidelissimus Christi legatus S. Iacobus, verbo eius haud dubiè vel à Spiritu sancto instructus, promisit. Hoc igitur pio proposito, tu quoque fili, vel filia charis. reuerenter & cum bona spe hanc sacram inunctionem à me suscipere, teq; totum siue ad vitam, siue ad mortem Deo commitere debes, memor, eum pium & misericordem patrem tuum esse: qui cùm te à peccato, morte æterna, ac diaboli tyrannide, per vnigeniti Filij sui Domini nostri Iesu Christi mortem acerbissimam liberâsset, vitæ immortalis, gloriæque & beatitudinis æternæ hæreditatem tibi præparauit, & ad eam per Sacramenta disponit. Is non sinet te perire, nec te in agone & periculo isto gratia sua deseret, non propter tua merita, quę vel nulla sunt, vel & ipsa eius dona sunt: sed virtute Sacramenti huius, & propter immensam bonitatem & misericordiam suam.

Exhortatio ad ægrotum oleo sacro vngendum.

Diuinæ voluntati morem gerere (frater aut soror) cæteris omnibus salutare est; tibi necessarium: quo graui & periculoso morbo oppressus, ex diuina benignitate impetres, animæ primùm, deinde etiam corporis incolumitatem: siquidem animæ saluti vtile futurum sit. Commodatò vitam accepimus, vt lubenti animo, cùm exigetur, eam reddamus. Quòd si fortassis huius persoluendi debiti, tuum tempus aduenit, lætare te huius vitæ ærumnas euadere, & cum corporis sarcina, peccandi consuetudinem deponere. Sacramentorum certè præsidio munitus ex hac vita migrabis; quod magni beneficij loco ponere debes: Christi enim sanguine toties inunctus ornatusq; ès, quot Sacramenta suscepisti. Securus igitur, quantum humanæ conditionis fragilitas patitur, ad Deum ibis. Agnoscent te angeli, excipient beati, beata virgo Maria amplexabitur, atq; ad Filium

lium suum deducet, ipsius charactere insignitum. Olei sancti vnctione, gratia augetur: venalia peccata condonantur: animæ languores, & peccatorum reliquiæ sanantur: perfundimur ea lætitia, quam oleum significat. Præcipuæ corporis partes vngentur, vt quod sensuum & membrorum vitio peccatum est, diuina hac medicina curetur: fortior euades, vt cum dæmone luctari possis, eiusq; laqueos vitare, qui calcaneo insidiari consueuit. Fortassis etiam à morbo liberaberis, nimirùm si expediat animæ saluti; nam ea vis huic Sacramento indita est, vt Iacobus Apostolus ait. Cuius tamen neq; magnam spem habere debes, ne de animæ tuæ cura quicquam remittas; neque nullam, ne Sacramenti gratiam negligere videaris. Et tantùm fide te vngendum præbe, qua olim qui ab Apostolis erant sanandi. Nec dubitare debes, quin sanctas preces, quibus diuinam misericordiam implorabimus, Ecclesiæ & Domini nostri Iesu Christi personam gerentes, ille sit exauditurus: cui nihil magis est cordi, quàm fidelium salus. Ipsi honor, & gloria, in secula seculorum. Amen.

CATECHESIS XII.

DE FVNEBRIBVS EXEQVIIS.

FVnerum cum honore deducendorum, & exequiarum antiquissimus vsus est, cùm apud Hebræos, tum apud gentes à cognitione & cultu veri Dei alienas. Vtrique hoc dabant honori simul & consolationi viuorum propinquorum, atque necessariorum defuncti. Verùm Hebræi tamen etiam mortuorum ipsorum in eo rationem ducebant. Diuinitus enim edocti, non interire simul cum corporibus animas hominum, aliam vitam post hāc defunctis superesse persuasum habebant. Itaque tribuebant id necessitudini, vel beneuolentiæ suæ erga illos, vel præstantiæ, dignitati, & meritis ipsorum pu-

rum publicis priuatisúe; vt ſupremum hoc obſequium & honorem funeribus eorum velut viuentium, ſentientium, & à ſe non alienorũ, impenderent. Cuius vtriuſq; rei exemplum eſt in veteri teſtamento in libro Geneſeos, vbi exequiæ Iacob Patriarchæ deſcribuntur. Memorat enim ibi Moſes, quòd cùm Ioſeph funus Patris ſui Iacob deduceret ad terram Chanaan, iuerint cum eo omnes ſenes, hoc eſt, honorati & primores, domus Pharaonis, cunctique maiores natu terræ Ægypti, nimirum ipſius Ioſeph, qui ſumma apud ipſos erat ſecundùm Regem dignitate & authoritate præditus, honoris gratia. Atque hanc ipſam cauſam fuiſſe turbæ Naimitanæ Euangeliſta innuit, deducendi funeris adoleſcentis illius, quẽ excitauit Dominus Ieſus, cùm dicit: Cum illa, matre videlicet defuncti: hoc eſt, in gratiam & ad ſolatium illius. Quod autem ipſe Iacob moriens tam procul ex Ægypto efferri corpus ſuum iuſſit, idq; filij eius, & nepotes, non ſine ſumptu & labore executi ſunt, non ſine ſpe alterius vitæ factum eſt: quemadmodũ & Abraam auus eius fecerat, quando Saram vxorem ſuam, & ipſe Iacob cum fratre Eſau, cùm patrem ſuum Iſaac in ea ipſa ſpelunca duplici ſepelierunt. Quod itidem Ioſeph, vt de oſſibus ſuis poſt mortem ſuam facerent, fratribus, & liberis ſuis præcepit. Nimirum volebant ij ſepeliri in ea terra, cuius potiundæ pollicitationem à Deo acceperant: licèt ea viui potiti non eſſent. Proinde & Chriſtus Saducæos reſurrectionẽ non credentes recitatione ſcripturæ, vbi Deus profitetur ſe eſſe Deum horum Patriarcharum (qui iam longè antè erant mortui) refutauit, adiecitque: Non eſt Deus mortuorum, ſed viuorum. At nos Chriſtiani habemus alias etiam grauiores funerum reuerenter ac deuotè proſequendorum cauſas. Dum enim defunctorum corporibus parem ac viuis honorem habemus, cùm fidem ac ſpem noſtram de reſurrectione carnis noſtræ confirmamus; tum illos ad ſocietatem noſtram Eccleſiamque Chriſti nihilominus, quàm viuos, pertinere credimus: atq; ita charitate, qua viuos com-

Gen. 50. Luce. 7. Gene. 49. Gene. 23. Gene. 35. Gene. 50. Marci 12. Exod. 3.

plexi sumus, mortuos quoque prosequimur. Et ad hoc quidem pertinet id, quod scribit Dionysius Areopagita Pauli discipulus, visitatum fuisse in primæua Ecclesia; vt populus cum Sacerdote defunctum perinde ac fratrem oscularetur, Deoq; commendaret. Ad illud autem maxima pars eorum, quę in exequijs secundùm mores & instituta Ecclesię Catholicæ canuntur. Quale est illud è libro Iob: Credo quòd redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum: & rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum: quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius. Ad vtrunque verò, quòd corpora mortuorum apud nos circa templa, & in ipsis templis siue Ecclesiis sepeliuntur; vt viui de resurrectione sua confirmentur, & illos Ecclesiæ exortes non esse intelligant. Mitto quòd in exequiis admonemur, nos hìc manentem ciuitatem non habere: neque ita neglectim habere huius vitæ commoda & incommoda, & ad futuram illam immortalitatem, cælestemque, & beatam vitam adspirare, & omni studio contendere nos oportere. Ad hæc autem, cùm non ignoremus vitam hanc sine peccatis vix transigi posse, Deum verò non solùm clementẽ & misericordem, sed etiam iustum iudicem esse, deducentes funus adiuuamus precibus nostris & sacrificiis defunctum; vt Deus clementer abstergat maculas eius, si quæ ipsi de terrenis contagiis adhæserunt: & requiem æternam cum sanctis suis ei concedat. Etsi enim Deus sanguine vnigeniti Filij sui placatus, & Sacramentorum vsu nobis reconciliatus, non continet in ira misericordias suas; non statim tamẽ cum peccatis pœnas etiam prorsus omnes peccatis debitas homini condonat (quod quidem exemplis è sacra scriptura petitis probari potest) nec patitur intrare in cælestem illam Ierusalem aliquid coinquinatum aut abominationem faciens, & mendacium: proinde iustitiæ eius cum misericordia coniunctæ consentaneum est, neque dubitandum, etiam post huius vitæ exitum, elui suppliciis quibusdam temporariis,

Diony. Hier. Eccle. ca. 7.

Iob. 19.

Hebr. 13.

porariis, & igne purgatorio ſordes peccatorum, in hac vita contractas, nec tamen ſatis expiatas pœnitentia & ſatisfactionibus: ſi moriens gratia Dei prorſus nõ exciderit, aut ſi eam amiſſam recuperârit. Ea verò ſupplicia precibus, eleemoſynis, ſacrificiis, & aliis piis operibus viuentium mitigari, breuiari, ac tolli denique. Quod ita à D.[a] Auguſtino, Ambroſio, Hieronymo, Chryſoſtomo, Cyrillo, Alexandrino iuxta ac Ieroſolymitano, Cypriano, Dionyſio Areopagita, & ab aliis plerisque S. Patribus &[b] conciliis memoriæ proditum eſt: & credidit ſemper Eccleſia catholica nõ ſine verbi Dei teſtimoniis. E quibus vnum eſt illud de Iuda Machabæo, quod miſerit duodecim millia drachmarũ argenti Hieroſolimam: vt inde offerentur Deo ſacrificia pro peccatis mortuorũ. Quin ipſe noſtri temporis hęreſiarcha[c] Lutherus alicubi cõfitetur: non ſolùm credere ſe, verùmetiam certò ſcire, purgatorium ignem eſſe, & ſubuenire animabus in eo pœnas patientibus viuorum orationes, ieiunia, eleemoſynas, ſacrificia: Scripturasque, quæ ad confirmandum id citantur, agnoſcit: & Picardos atque Bohæmos contrarium ſentientes acriter reprehendit. Nec refragatur[d] Zuinglius, rectè orari pro mortuis. Ex quo neceſſariò ſequitur: Eſſe aliquem locum animarum, extra cælum & inferos, vbi adiuuari eæ precibus noſtris poſſunt. In inferno enim nulla eſt redemptio. Non ſolùm autem martyrij, vt ait[e] Auguſtinus, verùmetiam cuiuis cæleſti beatitate fruenti iniuriam facit, quisquis orat pro eo. Cùm igitur neque pro iis qui apud inferos, neque pro iis, qui in cælo ſunt oretur; neceſſe eſt, in purgatorio & temporalibus pœnis detineri eos, pro quibus in Eccleſia Catholica iam inde ab Apoſtolicis temporibus oratur. Quanquam autem poſſumus domi quoque pro mortuo orare; tamen ipſo funeris aſpectu, communis ſortis admoniti, ad ardentius orandum incitamur: & efficacior eſt apud Deum communis & publica multorum oratio, non ſecus, quàm labor boum ſimul iugum trahentium. Præclara atque aurea eſt illa[f] Chryſoſtomi ſen-

a Aug. de cura pro mort. Enchir: c. 69 et 110. de ciu: dei li. 20. etc. Ambr: in Lu: ca: 12 & in fun: Theodoſ: etc. Hier: in Matth: c. 5. Chriſ: hom: 69. Ad pop: Antioch: et ad Phil: ho: 8. etc. Cyri: Alex: in Leui: c. 3. Cyr: Ie: Cathech: miſt. 5. Cyp: cõtra Iul: lib: 3. ca: 57. & ad Antoniã. & de lapſ. Dio: Hier: ecclef: ca: 7

b Conci: Carth: 4. Cõci: Flo. Lucæ 12. Mat: 5. et 12. Phi: 2. Apoca: 5. 2 Mach: 12

c Lut: in di: Lipſ in decla: quorũdã arti. in Reſ: cõcluſio: 15. In ca. fid. chr: ulti: æditione.

d Zuing. art. 6.
e Aug. de uer. Apo. ser. 17.
Aug. de cur. pro mortu.
f Chryſ. hom. 69. ad Pop. Antioch.

mi ſententia. Non temerè ab Apoſtolis hæc ſancita fuerunt vt in tremendis myſteriis defunctorum agatur commemoratio. Sciunt enim illis inde multum contingere lucrum, vtilitatem multam. Cùm enim totus conſtiterit populus extenſis manibus, ſacerdotalis plenitudo, & tremendum proponatur ſacrificium: quomodo Deum non exorabimus pro his deprecantes? Quæ cùm ita ſint fratres & ſorores chariſs. nihil nos mouere debent Hæreticorum (ab Aerio quodam Ariano qui ante mille ducentos annos vixit, & ab Eccleſia catholica cum ſuo dogmate damnatus eſt) oriundorum nugamenta & ſannæ. Commouere autem debet charitas chriſtiana (quę non huius vitę ſpatiis terminatur, ſed ad eos quoque, qui in fide & in communione Eccleſiæ deceſſerunt, pertinet) vt hunc defunctum fratrem vel ſororem piis ac deuotis precibus proſequamur, diuinæque clementiæ commendemus; ne eum in furore ſuo arguat, & in ira ſua corripiat, ſed à vinculis peccatorum & pœnis commeritis clementer abſoluat, & filij ſui vnigeniti omniumque ſanctorum corporis eius myſtici (cuius ipſe viuens fuit membrum) beatitudinis & gloriæ conſortem faciat, per eundem Chriſtum dominum & ſaluatorem noſtrum, Amen.

Pſal. 37.

His Parochus adiungat licebit, genus, conditionem, & vitam defuncti cum laude, ſi verè poterit: nec vitia prorſus prætermittat, ſed molliter ea tamen tractet, & ſine propinquorum eius iuxta ac auditorum offenſione.

CATE-

CATECHESES:
Albo Napominánia y Nauki
wyẟſzey opiſáne / po Polſku.

O Swiątoſci Krztu ſwiętégo,
NAVKA I.

